Ad usū D. Agathangeli, Erm
Cam. MC.

D. CHRISTIANI HELWICH VINDICIÆ

Discussionis suæ nuperæ

Contra

Brutum Papatûs irrationalis Autorem.

WRATISLAVIÆ

Prælo ANDREAS FRANC. PEGA, Sereniss: & Reverendiss. Principis & Episcop: Wratislav: Typ: Aul.

ANNO 1703.

HIc Libellus, in quo multa inveniuntur, ex quibus errantes doceri possint, typis & luce dignus censetur. Wratislaviæ sub dato nuperrimo.

Die 29. Mart.
1703.

ANTONIUS ERASMUS REITLINGER
Vicarius Generalis.

Lectori salutem.

Ex re & verô scripsit S. Hieronymus: *in publicum aliquid dare perinde est, ac si manum in ardentem flammam immitteres, aut te ipsum dares obtrectantium linguis & spiculis*, aut, quæ alius cujusdam sententia est, *ranarum innumero numero te objiceres*. Quod fatum ut optimi & præstantissimi quique scriptores sæpiùs antehac experti sunt, & hodienum experiun-

tur; ita neque ego, quamvis cum illis minimè comparandus, quantámcunque etiam adhibuerim cautelam, ullâ potui ratione declinare. Nuper certè vilem, diobolarem & indoctum nactus adversarium in conscribillatore Paparus, ut vocat, *irrationalis*, qui scurrarum & parasitorum instar convicia, maledicta ac putrida mendacia non tantum in me sed & Ecclesiam Catholicam ejusque Præsules congessit ac impurissimô ore evomuit. Profectô qui ferales illas undique corrasas schedulas

las inspexerit, de auctore non poterit non idem ferre judicium, quod de Osco Scholastico quondam tulit Seneca, *natum* scilicet esse *ad contumelias bonorum ingeniis inurendas.* Tametsi autem pruritus ille conviciandi à parentibus hæreditariò in illum transfusus sit, auxit tamen eum nescio quæ necessitudo cum ejus commatis hominibus, qui *rubiginosis cuncta dentibus rodunt*; præprimis verò schola Pesarovii petulantissimum juvenem ad fastigium summum improbitatis & maledicentiæ evexit. Illæ

enim in teterrimo hoc & longè pessimo atque omnium maximè inhumano calumniandi scelere jam ante multos annos extremum attigit apiam & solus regnat. Certè tum propter alia crimina tum propter effrenem maledicendi libidinem olim à Professoribus Universitat. Regiomon. jussu Frider. Wilhelmi M. (nam ut notum est, causâ in omnibus dicasteriis cecidit) officiô *inspectionis secundariæ* exutus est. Loquantur alii, quomodo hic Licinius Murena, hic Archilogus, hic Daphidas Witteber-

gæ,

gæ, Roſtochii alibique ſeſe geſſerit. Ejus theoninos dentes etiam expertus eſt ampliſſimus ſenatus Cniphovianus, cui tamen fortunam omnem debet monſtrum hominis & eapropter nomine regiæMajeſtatis ab Excellentiſſimis ſupremi regiminis in regnoPruſſiæ conſiliariis magnâ verborum ſeveritate & minis feritas illa aliquô modo fuitrepreſſa. Nontamen ullô modô ſperandum, fore, ut aliquando ætate ingraveſcente ad frugem redeat, imò potiùs metuendum, ne ſicut ungula equi Bellero-

lerophontis fontem musarum reclusit, ut est in fabulis; ita hic, aduncis unguibus & aculeis Erebi & furiarum claustra reseret & ex disciplinâ ejus densô agmine libitinæ prodeant. Quòd enim hos cynicos amet mores præ prole, quam in Belgio extra matrimonium ab eô susceptam non nemo Reformatæ religioni addictus regioque alicui officio Regiomonti adhuc hodie præfectus mihi & aliis narravit, vel sola maledica epistola ad personatum meum antagonistam evicerit. Cùm

enim viperæ aut ſcorpionis in-
ſtar erectô aculeo per diſſerta-
tionem meam hùc àtquè illùc
ſaltitâſſet circumſpectans, eſ-
ſetne, quod arrodere poſſet,
in titulo & cenſura bipedum
nequiſſimo occurrerunt no-
mina illuſtria(virorum, qui
tot Lutheranos inter ſubditos
ſuos numerant) in quibus im-
mutandis & pervertendis in-
dolis ſuæ ſcurrilis non potuit
non probroſum edere ſpeci-
men, ut de injuriis aliis & men-
daciis nihil dicam. Sub hôc
Magiſtrô, ſi diis placet, meus
Adverſarius (modò non ille

hujus formam induerit instar Protei) non tantùm posuit tyrocinium, sed & si cacatas illas chartas enixus est, tantopere profecit, ut Magistrum brevi sit æquaturus. Si vixisset tempore Plauti, is in Asin. loco adolescentis, cui nomen erat Daibolo, hunc Glaucum introduxisset. Sanè in ipsâ pueritia cùm me in Museo meo ædibus parentis ejus admodum vicino sæpissimè effractis omnibus disciplinæ repagulis turbasset, non tantum histrionem excitatis variis comicis & tragicis sed diabolum agere

visus est. Et hæcque occasio fuit, quâ vomicam hanc cum summo tædio noscere fuit datum. Aliàs quantum quidem recordor, nullo unquam verbo vel ille me vel ego illum compellavi. Et sanè materia colloquii non potuisset esse meis digna studiis, ac mea parum intererat scire, quoties boves mortui singulis septimanis tergo ejus insultarent aut nates denudaret puer totus ex nequitia & fraude compositus, aut quam sœpè Alastor à scholæ moderatoribus esset vocatus. Unde impu-

dens mendacium Pesarovii in epistola p. 18. mirari satis non potui, quando scribit, quòd Respondens ejus *me optimè norit.* Quænam ista familiaris notitia, quô tempore & quibus de causis inita? Jam exciderat istius trifurciferi nomen inglorium, & molestiarum, quas sœpè devoraveram, oblitus fueram, cùm per tabellarium afferetur disputatio contra rationes meas selectas, quæ absque stolido titulo & ineptâ dedicatione quinque integras pagellas comprehendit. Initio vix oculis credebam

bam meis cùm rubrum hominis hujus ſub perſona reſpondentis nomen offerret. Et nihil æque ſcire deſiderabam, quàm quis feræ hujus domitor eſſet, eamque aliquod jugum pati docuiſſet & à moribus beluinis & barbaris (quod puer tanquam prædo ſæpiſſime prætereuntes invaſerit eisq́ue quædam ex manibus extorſerit vidi & ſtupui aliquoties) aliquo modo retraxiſſet. Percurri avide & lectis nugis in riſum ſolutus diſputationis titulo adſcripſi:

Hic carbone rudi putrique cretâ
Scripſit carmina, quæ legent cacantes

Attamen cum unus alterve ex amicis monuiſſet, nobili ut diſputantium pari reſponderem, ne aliis glaucoma objiceretur, tandem utut ægrè parui ſemper in ore habens illud Poetæ: *Frons hæc ſtigmate non meò notanda eſt*: ac breviter ſine acri ullius inſectatione, niſi ubi petulantiâ linguæ commotior redditus eram, propoſitum meum executus ſum, ac adverſarios meos multorum errorum apertiſſimè convici.

Quo

Quo fremitu mea fuerint excepta facilè colligebam ex *novis literariis maris Bathici*, quæ A. 1701. Menſe Julio nunciabant, publicatam *Sciagraphiam, quæ contineret ſyllabum reſponſionum & rerum pertractandarum in proditurâ confutatione editæ diſſertationis* D. Helwichii, & magnum hinc metuebam librum, qui magnum, ſi ejus claſsis ſit, malum eſt. Aſt ſtatim hunc etiam meum errorem damnabam, quia *à Theologô unius diei, cui ſola ſufficit voluntas ad hoc, ut Theologus ſit* (exactiſsime enim hæc S. Gregor. Nazianz. de-

scriptio in hunc quadrat.) meritò non aliud nisi opus unius diei erat exspectandum, quale est *nostri papatus irrationalis*, cui vasto 8. plagularum volumini jure optimo sciagraphia præmittenda, ut omnes ejus contribules ad symbolam mendaciorum & conviciorum conferendam invitarentur. Nec illos officio suo defuisse sed scommata & mendacia plaustris integris convexisse, in propatulo est. Famosum illum libellum, cum fortuitò apud amicũ deprehendissem & ægerime ad paucorum di-

erum

erum uſum impetraſſem, an reſpondendum mihi eſſet, aliquamdiu deliberavi. Probe enim ſciebam illud Ariſtophanis: *adverſus ſycophantæ morſum nullum eſſe remedium:* ob verſabatur etiam animo ſcitum illud Plauti: *Bacchæ bacchanti ſi velis adverſarier, ex inſanâ inſaniorem facies.*

Nihilominùs quia tam ſcurriliter perditiſsimum hoc caput mecum egit, é re viſum eſt, quam immeritò ab hoc ſceleratiſsimo lædar, breviter enarrare. Aliàs quidem ſatis certus ſum, non multum eſſe

la-

laborandum, ut satisfiat calumniæ, quando satisfactum est conscientiæ; attamen quia scurræ huic idem animus est, qui impostori illi Medio compares suos adhortanti, ut non *metuant quamcunque criminationem in quoscunque intendere*, adjecta hac sceleratæ præceptionis ratione, *ut enim maximè sanetur vulnus, manet tamen cicatrix*, hac sua cynica impudentia mihi exrorsit, ut quod invitus admodum facio, vitæ ex Dei gratia laudabiliter etiam in pueritia & adolescentia peractæ curriculum brevissimis

simis exponam. Certe si honestum in puero errorem, laudis, inquam, aviditatē & quod jam maturior annis & judicio ipsemet damno, studium præ uno ex Præceptoribus sapiendi condonaris, nihil inveniet, quod in me carpere posit livor, etiamsi concurrant omnes, non dicam, ut ille satyricus, *augures, haruspices* sed quicquid est ubiq; hominum curiosorum, qui in aliorum acta tàm sedulò inquirunt, ut ea fingant, quæ nunqnam fuerunt & calumniatorum, è quorum fæce est Magister & Doctor

ctor noster, qui & rerum Philosophicarum & Theologicarum notitiamtam citò & facilè quam vulpes pyrum comest, sed laboriosiùs & crebris exercitiis facultatem verniliter mentiendi & calumniandi est adeptus. Brevissimè autem, ut dixi, me expediam, à posteritate, si meruero & inculpatâ vitâ & aliquibus ingenii monumentis ac scriptis medicis pedetentim edendis impetrandam nominis memoriam exspectans. Honestissimis nec egenis satus parentibus lucem vidi Anno 1666. die 6. Janua-

nuarii ſt, novo ſeu in feſto memoriæ trium Regum ſacro Domnaviæ, in cujus agris, neſcio, quâ auctoritate inductus Brandius in Itinerario ſuo nuper admodùm edito p. 46. Paracelſum ſepultum eſſe nimis credulè prodit. Patri meo mihi homonymo civitatis conſuli diſputationem meam inauguralem de apolexiâ ſacram eſſe ex debito volui. Vix balbutire cœperam, ubi in miſeriarum abyſſum devaſtô per incendium oppido cum chariſſimis parentibus præcipatus ſum.

Sedadjuvante DEO, cui miſeri curæ ſunt, optimi parentes quadantenùs eluctati me ſolicite, quod gratiſsimâ agnoſco mente, educarunt. Nimirum poſtquam in ſcholâ patriâ primis imbutus rudimentis fueram, ſtudioſum aliquem cum ſtockheimenſi concionatore domino Sutorio aluerunt, cujus opera erudirer. Cum magnô me diſcendi deſiderio inflammatum cernerent, Regiomontum ut telam cœptam pertexerem Anno 77. ablegarunt, & ſumptus neceſſarios

ſup-

ſuppeditarunt. Dum urgeo puerilia ſtudia gnaviter, quod Præceptores, ſiqui adhuc hodie, ut credo, ſuperſunt, teſtabuntur, graviſsima calamitas nondùm perſanato antiquo vulnere parentibus incubuit redacto iterùm violentiâ ignis in favillas & cineres oppido, quæ clades muſis meis cladem attuliſſet, niſi ampliſsmus & prudentiſsimus ſenatus Cniphovianus rebus meis adeò afflictis ſuccuriſſet, pro quo beneficio ipſis immortales perſolvo gratias.

Hi enim me invitis & inſciis

sciis parentibus, qui jam alia de me agitabant consilia, susceperunt in numerum eorum, qui publicis inclytæ civitatis sumptibus sustentantur. His beneficentiæ alis sublevatus, quantâ potui contentione in comparanda utriúsque sermonis notitia Ephebo proximus laboravi & jam tùm multò gratiores fuere duæ arculæ musarum, quam illæ duæ avari Simonidis, quæ in proverbium abiere.

Ubi aliquantò mitior & benignior fortuna parentes meos respicere cœperat, ipsimet

met pro fortunarum modulo extra convictum mihi de necessariis studiorum subsidiis prospexerunt. Interea eóusque jam progressus eram, ut non tantum grammaticè loquerer, sed & meliorum temporum sermonem æmularer & degustatata literarum amœnitate famâ virorum celebrium, quorum scripta subinde attingebam, mirificè afficerer, atque eorum doctrina & scribendi facultate similis evadere cuperem.

Eram enim, si quisquã alius

ex

ex condiſcipulis epularũm ĩngenii avidiſſimus: Interea autem me faſtidium mancæ Logices ac Rhetorices aliarumque rerum nullius momenti, quæ nobis in trivio inculcabantur, cœperat, & ex animo dolebam, quòd mihi anni ex annis perirent. Creſcebat indignatio, quando ad pedes ſedere cogebar Præfecti ejusmodi, qui ſtudia humanitatis tanquam canis Nilum degustarat. Non tantum enim procul aberat à caſtimoniâ ſermonis latini, & quotidie ei tàm multa excidebant, quæ

veteres illi Romuli nepotes nunquam dixiſſent, ſed & in pervulgatas ſœpè regulas impingebat. Verbô docendi alios provinciam ſuſceperat, antequam didiciſſet. In hôc ergò cum multa deſiderarem & nonnunquam commiſſitonibus, in quo tamen omninò me peccaſſe non diffiteor, aliqua etiàm citra viri contumeliam recitarem, quæ latinorum aures ferre non poſſent, factum eſt, ut is immane erga me odium conciperet & indigniſſimè perſequeretur.

Qnod mirandum non eſt,

cum ei & collegarum esset invisa cura, quâ barbarismi ejus senticeta repastinabant. Non proderem hæc, nisi Cl. Caselium aliosque viros celeberrimos nossem Præceptorum suorum errata acriter perstrinxisse, quò ij, qui ad Reipublicæ clavum sedent, intelligant, quantopere peccetur Magistrorum inscitiâ pravâque institutione. Cùm tempus instaret, quô è ludo solvere debebam, aliquando finitis lectionibus, nescio, quis de literis inter cōdiscipulos sermo incidit. Pertinacius ex iis aliquis

quem

quem fanaticum plerumque appellabant, quique caſtra deinceps ſecutus eſt, ſuam tuebatur opinionem, ego verò oppoſitam ei ſententiam defendendebam. Quid multis? certatur inter illum & me de palmâ, ponitur utrinque pignus duo ſcilicet libri, quos uterque poſſidebamus, Joann: Arndius de Chriſtianiſmo & Imman: Sonthom, qui tùm ex commendatione D. M. Pikeri in multorum diſcentium erant manibus. Obtineo cauſam, victus manibus ſuis, ſi rectè memini, àd hoſpitium meum

in diverſoriô , quod vocant, Polonico non procul à templô cathedrali, in quô jam ultra annum commoratus fueram, defert. At ſubitò pœnitentia ductus & jacturam librorum ægrè ferens, Præceptorem, quem mihi ſciebat infenſum, adit. Imperatur ab hoc reſtitutio; nego me redditurũ libros, quos juſto titulô me poſſidere credebam, puerili abreptus errore, quem annis & judicio maturior non ſemel damnavi. Reddo tamen poſt biduum monitus à D. M. Iſingio, qui tum magna

apud Lutheranos valebat au-
ctoritate, cui ista promptitudo
tantopere placuit, ut aliquot
florenos mihi dono daret &
egregiis ornatum encomiis ad
studia, eo, quo cœperam, mo-
do, persequenda incitaret.

Et hic nugarum poterat es-
se finis, nisi sua interesse cre-
didisset male erga discipulum
animatus Præceptor, ne lis de
lanâ caprinâ componeretur.
Dùm ergò nihil nisi vindictam
spiraret, cujus dulcedine ani-
mum saturare volebat, ratus,
quoniam pauci adhùc super-
erant dies, qui in schola sub

ejus disciplina mihi erant exigendi, aut nunc aut nunquam sævitiam esse effundendam. Quod dùm ex ore D. M. Boye, (cujus privignus est meus Antagonista Maledicus) qui me semper tenerè admodùm amavit, audio, Magnificum Academiæ Rectorem, quod unicum supererat remedium, tanquam Magistratum Præceptoris mei adeo & ei minima quæque expono etiam causas istius odii, quo premebar. Re expensa Universitatis Rector, si dignus, ait, fueris, in numerum studiosorum

Te recipiam & à turbulenti tui Præceptoris, cujus mores aliunde mihi ſunt cogniti, exagitationibus Te actutum liberabo. Ipſemet ergò facit periculum in ſtudiis humanitatis, logicis ac Rhetoricis & cum exſpectationi ejus ſatisfeciſſem, utinam, inquit, omnes iis profectibus eſſent, qui ad lectiones academicas audiendas admittuntur. Nec mora, nomen meum in album Academicum præſtito juramento refertur. Accepto teſtimonio in templum vicinum me confero gratias acturus

Deo, quòd me ex faucibus jurati mei hoſtis eripuiſſet.

Finitis precibus dùm teſtimonium academicum relego, illud à quodam collega ſcholæ illius inopinatò ſupervenienti ex manibus meis ſubducitur ac implacabili illi Præceptori exhibetur.

Hic ille Acheronta movere, Senatum Cniphovianum falsò informare & neſcio quorum non erratorum me reum agere & omnia facere, quæ animus vindictæ avidus ſuadebat. Itur tandem ad illuſtriſſimos Regiminis in Pruſsia conſilia-

rios,

rios, multis ac putridis mendaciis nomen meum oneratur; hi factum Acad. Rectori exprobrant & quid fieri velint mandant. Quomodo ab illo defensus sim, scio cũ ignarissimis. Non dubitandum, quin ostenderit, quantis dolis & fraudibus fuerit res gesta. Exitus sanè totius fabulæ fuit mihi admodum honorificus, jussus enim est pœdagogiarcha testimonium Academicum absque tergiversatione reddere, ni nomen suum *ex matricula* expungi vellet. Atqui fuit etiam sine mora mihi reddi-

tum & jure academico absque ullius perturbatione gavisus sum. Superest ad huc hodie ille Præceptor & fungitur, quantum mihi constat, officiô concionatoris Haberbergensis, qui si non sit conscientiæ prorsùs profligatæ & ultimam mortis horam ac districtum Dei judicium revereatur, agnoscet, quantas veritati offuderit tenebras & quantis mendaciis vafritie & dolô rem gesserit.

Tametsi autem certus sum, eum testem & vindicem in conscientiâ suâ circumferre; Ita

Ità cupio eum credere; nec deeſſe in orbe, qui fraudes & mendacia ulciſcantur. Optimè enim novit juſtiſſimi Regis Majeſtatem, quæ tum heroicis virtutibus tùm protectione innocentium etiam diverſum à ſe de religione ſententium dudum orbi fuit admirationi, non impunè ejuſmodi fraudibus & criminationibus violari. Imputet autem calumniatori meo fabulæ hujus Choragus, quòd hæc, quæ cũ dedecore ejus conjuncta ſunt, propalare coactus fuero, imò ſibi ipſi culpam tribuat.

Nam nisi communicasset tot fraudibus extortum mandatum hactenùs non nisi mysteriis illis horridis initiatorum visui patens, nunquam sanè vel digito suspenso ulcera ejus antiqua putri tabo manantia attigissem. Post tres menses ab his turbis inter Electorales Alumnos susceptus sum, quod nunquam fuisset factum, nisi quàm immeritò mei mihi insultassent adversarii, Amplisimo Senatui Academico, in quo non pauci adversæ factionis Patroni clavum moderabantur, sole meridiano

no extitiſſet clarius. Vitali adhuc fruuntur aura Inſpecto- res Alumnorum, qui inteme- ratum & de vita inculpata & diligentia poſſunt perhibere teſtimonium. Eſt adhuc in manibus meis teſtimonium Magnifici Academiæ Recto- ris & Senatus Ampliſsimi, quo me poſt exactos ſeptem in ſtu- diis annos (ab A. ſcil. 83 uſque ad 90.) iturum ad alias uni- verſitates ornarunt, in quo di- ſertè agnoſcũt, me *duarũ alarũ remigio pietate & in perficiundo o- pere ſedulitate paucorum annorum ſpatio ſcholæ trivialis alumnum tantum in humanioribus promoviſ-*

se, ut ut non solum modo condiscipulorum, sed & Præceptorum invidiam concitarim & in Academia pendulum ab ore Professorum veræ sapientiæ rivos avidô animô hausisse, ut omnium amorem & benevolentiam in me derivârim. Obsignatur etiam idem testimonium his verbis : *Ob insignem igitur pietatem, probitatem, sedulitatem nec nec non eruditionis præstantiam prædictum Christian: Helwich omnibus respective reverendis colendisque Mecænatibus studiorumque Patronis commendandum mertitò duximus.* Typis etiàm impressa elogia Professorum admodum honorifica à quovis hodie inspici possunt, quæ verecundia hîc adscribe-

revetat, Post impetratos A. 90. in Universit, Jenen, summos in Philosop. honores Regiomontū reversus ac nemine contradicente in facultatem habita. A. 1691 die 7. Martii disputatione more majorum receptus sum. Quantoperè in Universitate laborarim, non attinet hic invidiosè commemorare. Intra 4. Annos 30. propemodum collegia non infrequenti studiosorum corona cinctus absolvi. Aliquoties publicè præsidendo habui de variis argumentis disputationes, quarū Elenchū nova

li-

literaria maris Batlici Anno 1699. Menſe Julio p. 197. recitant. Domi etiàm nec interdiu nec noctu otio litàvi, ſed diebus profeſtis Medica, faſtis verò Theologica tractavi. Nec enim unquam negábo, quod primis Academicæ vitæ annis exemplo Cratonis, Conringii, Sydenhamii, Hartmanni aliorumque pluſculum temporis ſacris ſtudiis tribuerim. Cujus rei ſanè nec hodiè me pœnitet. Aliàs ita Dei gratiâ vixi, ut nemini ſcandalum præbuerim. Novit hoc univerſitas,

norunt

norunt cum quibus familiari-
tas major intercessit, norunt
hospites & inter hos etiàm
cōsanguinei Præceptoris illius
malevoli & Antagonistæ mei
maledici. Atque hinc moti
sunt Excellentissimi Regimi-
nis supremi in Prussiâ Consi-
liarii, ut de optima nota
Principi Anno 1694. die 22.
Martii commendarent &
dignum judicarent, cui cu-
ra splendidissimæ Bibliothe-
cæ Electoralis committere-
tur, his inrer alia usi verbis.
Deme (Christian Helwich)
das Zeugnüß gegeben wird/

daß er ihme eine sonderliche cognitionem librorum acquiriret habe / und also die Bibliothec zu bedienen recht geschickt sey. Anno 1695. Mense Martio Regimontô discessi & per Poloniam, Silesiam, Bohemiam in celeberrimam Altorfinam Universitatem perrexi summos in medicinâ honòres modestè petiturus. Admissum ad examen & disputationem solennem habendam *cum laude & applausu* ita Examinatoribus & auditoribus satisfecisse me Decanus & Doctores Medici fatentur,

tur, *ut nefas censendum esset*, si meis *præclaris meritis non satisfacerent aut Doctoris titulum ulterius debere vellent*, quæ sunt verba facultatis medicæ Altorffinæ. Re ex animi sententia peracta regressus per Bavariam Austriam & Moraviam aliquantisper substiti in Silesia Wratislaviæ, cujus civitatis celeberrimæ amore ita captus sum, ut Anno 1696. redux ex Prussiâ ibidem die 3. Februarii sedem figerem. Benignè etiam me fuisse exceptum gratus deprædico in magnâ felicitatis meæ parte ponens

quod consiliis medicis tot viris sago & toga Ecclesiastica ac civili illustribus, civibus etiam Lutheranam religionem amplexis ac infinitis miseris pro virili succurrere licuerit. Quô fervore & quô cum successu id fuerit factum, invidos ex aliis potiùs quam ex ore calamove meo cognoscere cupio. Sed ad nauseam usque de rebus meis locutus sum importuna adversarii mei dicacitate inductus. Atq; hic abrumpere poteram sermonem, cum sicco pede præcipuas rationes meas, quibus

bus quam maxime nitor, præterierit Momus & nihil quicquam attulerit, quod dissertationem meam ullatenus labefactare potest. Regnat quidam in irrationali isto auctore puerilis ille affectus, ut quamvis pugione pugnet plumbeo, perpetuò triumphum canat & raucus fere ex pugna discedat qua tamen stentorea voce non flectentur cordati, qui tela ejus repulsa efficaciter esse facilè judicabunt.

His probe est perspectum morem hunc esse illorum, qui prodeunt ex disciplina eo-

rum,

eorum, qui veterum Sophistarum ſimiles, quicquid eſt literarum & ſapientiæ infelicibus ſuis alumnis brevi faſciculo parvo tempore pollicentur. Nam iſti opinione ſcientiæ imbuti & tumefacti in perpetuum umbras pro rebus amplectuntur ac mirè ſibi placent. Ex horum infelici grege eſt meus adverſarius. Faſcinavit hominem etiam Theologiæ doctoratus, ſed viderit, annon vivis coloribus ſit deſcriptus à Neoterico quodam, cujus hæc ſunt: *venit ſtultus juvenis ad templum*

Doctoris insignia recepturus. Præceptores illum celebrant seu amore seu errore, tumet ille, vulgus stupet, applaudunt affines & amici, ipse jussus cathedram ascendit cuncta jam despicicus ex alto &c. His peractis descendit sapiens, qui stultus ascenderat. Nihilominùs juvat tentare an afflicto hujus cerebro discussis phantasiiis quadantenùs mederi queamus. In his tamen, quæ de Papis temere effutiit, refellendis non occupabimur, quia nec ejus causam juvant nec nostræ obsunt. Fuerint quidam ex Papis interdùm dictis scripturæ abusi,

aliqui etiam criſtas erexerint & duriùs tractarint Principes &c. quid inde?

Hi novam religionem abolita veteri Catholicâ non introduxerunt, nec ſe eſſe venditarunt prophetas divinitus Miſſos ad Evangelium extinctum iterùm accendendum &c. Miſſis ambagibus agedum.

I. N. J.

Num. I.

AGedum jam paucis deliria hominis excutiamus. Initio arreptâ ex præfatione meâ occasione blaterat contra autoritatem testimonii Ecclesiæ, sed inania verba sunt, quibus crassam suam prodit ignorantiam. Mirum est, quòd non aliquis ex complicibus suggesserit Joh. Dalæum *de vero usu Patrum* scripsisse, & monuerit, ut hinc aliqua furtim sublegeret argumenta, quibus Auctoritatem testimonii Ecclesiæ elevare ille frustra conatus est.

Quanto enim non cum colore probare potuisset, hodie certò, &

perſpicue haud conſtare, quæ de Controverſiis noſtri temporis SS. Patrum opinio fuerit, & ſi vel maximè conſtaret, non tantam tamen eſſe auctoritatem Patrum, ut in ſententiam eorum veram pedibus ire teneamur. Certè ſi id feciſſet, nos ipſimet exclamâſſemus quàm bellè!

Declamas bellè, cauſas agis bellè
Hiſtorias bellas, carmina bella facis.
Componis bellè mimos, epigramma, tabella
Bellus Grammaticus, bellus & Aſtrologus &c.
Nihil bene cùm facias, facis attamen omnia bellè
Vis, dicam, quid ſis, magnus es Ardelio.

Sed longè aliud sentit de auctoritate Ecclesiæ Lutherus, quando sobrius est, e. g. Tom. 7. Witteberg. Ubi inter alia: Die Kirche soll und kan nicht lügen / noch Irrthum lehren / auch nicht in einigem Stück: lehret sie ein lügen / so ists gantz falsch / wie Christus spricht Luc. 11. - - und wie könte es auch anders seyn / weil GOttes Mund der Kirchen-Mund ist / und wiederumb: GOtt kan ja nicht lügen / also die Kirche auch nicht: Item: daß die Kirche Christi nicht lüge noch trüge / müssen sie selbst ohne ihren Danck bekennen. Wo wollen sie sonst bleiben / sie müssen selbst sagen / sie sey ein Felß Matth. 16. dawieder der Höllen-Pforten nichts vermögen / oder wie S. Paulus solches glossiret / ein Pfeiler / und Grundfest der Wahrheit. Sol-

ches sage ich / dancken wir ihnen nicht / daß sie es bekennen / so sagt auch der Kinder-Glaube / daß es sey eine heilige / Christliche Kirche ꝛc. Darumb kan und mag die Heil: Kirche kein Lügen noch falsche Lehre leiden. Alibi etiam, nimirum in homil. quadam fer. 1. Nativ: Idem ad populum: Die Christliche Kirche / inquit, behält nu alle Wort GOttes in ihrem Hertzen / und bewögt dieselbigen / hält sie gegeneinander / und gegen die Schrifft: Darumb wer Christum finden soll / der muß die Kirch am ersten finden. Atque in eundem sensum tum is, tum ejus Parastates Melanchthon sœpissimè loquitur. Nec minùs toties in August. Confess. & ejus Apolog. ad consensum primitivæ Ecclesiæ provocatur. Id quod nec Zwinglius, nec Bucerus primi inter Reformatos

ctos Scriptores commatis diffitentur. Ille quidem Tom. 2. fol. 72. ità scribit: *In hujusmodi rebus communis totius Ecclesiæ auctoritas consulenda, & hujus consilio, non cujusvis temeraria libidine omnia hæc transigenda sunt. Judicium enim scripturæ nec meum, nec tuum, sed totius Ecclesiæ est.*

Hic verò contra Latomum postquam traditiones non scriptas admisisset ità p. 145. pergit: *de his, ac omnibus aliis rebus, quarum cognitio ad salutem necessaria, obtinet Ecclesia veram scripturarum interpretationem receptam jam inde ab Apostolis, & vindicatam contra variam ac multiplicem hæreticorum sophisticam.* Imò Meisnerus præcogn. Theolog. disput. 6. Theorem. 4. *Consensum & auctoritatem priscæ Ecclesiæ*

omnium credendorum in Ecclesia vocat *principium secundarium.* A quo non dissentit Reneccius artif. disput. p. 6. & 11. Gerhardus quoque Exeg: L. c. ità scribit: *Moderati animi est cum Ecclesia non solùm reverentér sentire, sed etiam loqui, ac obsequentium liberorum est Matris vocem non dedignari.*

Quàm turbulenti ergò ingēī sit audaculus hic meus adversarius, vel hinc intelligere licet, & simul etiam quòd nondùm didicerit, *verbum idem in scripturis contineri, & in prædicatione Apostolica, quam Ecclesia errare nescia fideliter ad posteros propagavit.* Nec meliora, quæ de P. P. erroribus mussitat; decantatissima illa sunt, & de illis jam aliqua monui Resp. ad Obj. M. G. p. 209. & seq. Thra-

so-

ſoniſmum verò ſtolidi juvenculi, quando jubet me Baronium legere, ut cognoſcam errores P. P. alii ſeveriori virgâ fortè compeſcent.

Num. 2.

Ejuſdem farinæ ſunt ea, quæ deinde cōtra notas Eccleſiæ Catholicæ effutit. Liquido jurare licet ab auctore ſchedularum iſtarum nunquam aliquem ex noſtris, qui hanc materiam pertractant vel obiter eſſe inſpectum, multò minùs, ut par erat, accuratè lectum. Et certè quicúnque conſuluerit Thomæ Stapletoni hucfacientia ex doctiſſimô opere, quod inſcribitur: *Principiorum fidei doctrinalium demonſtratio methodica*, Stephani Socolovii lib. tres *de veræ & falſ. Eccleſiæ diſcrimine*. Cornelii Ha-

zart Triumph und glorreicher Sieg der wahren Kirchen / ut & accuratissimum celeberrimi Theologi Thyrsi Gonsalez opus, in quo *veritas Religionis Catholicæ adversùs hæreticos demonstratur*, ut alios innumeros prætercam, ignorantiam hominis cum malitia conjunctam detestabitur. Manibus palpare licet nunquam hominem adhuc didicisse, quid notæ seu signa sint, & quam cum rebus ipsis habeant connexionem. Nam si à bellis suis Præceptoribus ipsi inculcatum fuisset, alia signa *necessariam cum iis rebus, quarum sunt signa, habere connexionem*, quæ propterea tekmæria vocari solent, à quibus ad res aliquandò affirmativè aliquando negativè, nonnunquam verò utrôque modo concludi potest; alia verò destitui indis-

dissolubilicum rebus nexu, quemadmodum Aristoteles more suo, id est, accuratè docet 2: Prior. cap, 27. & 1. Rhetor. cap. 1. nunquam adeò turpiter se dedisset.

Num. 3.

Quàm iniquè Catholici scon-contemptus sacræ scripturæ objiciatur, res ipsa loquitur, sed nec meus adversarius, nec multi ex complicibus mentem Catholicorum mihi assecuti videntur. Non alienum igitur à præsenti fuerit disputatione rem ob oculos dilucidissimè ponere. Si itáque quisquam ex me quærat, cur credis Deum esse trinum, & unum, rationem hanc statim subjiciam, quia Deus dixit, & revelavit, Deus autem veritas est, *nec ullius cujusquam mendacii, vel fraudis vel*

ignorantiæ causa, primitúsque in eo esse veritatem pulcherrimè ex doctrina Socratis à Platone traditâ in lib. 2. de Republ. exposuit Proclus in Theol. Platon. lib. 1. c. 17. cui assentientes Alcinous Isag. c. 10. & Simplicius in Epictet. DEUM *veritatem* appellarunt, cum quibus concinnunt omnes alii Gentiles scriptores. Pulchrè Euripides: *Neque compertum habeo, quid certum sit in rebus humanis, Deorum verba vera esse reperi.* Breviter cum Cassiano lib. 4. de incarnat. c. 6. respondeo: *Deus hoc dixit, Deus hoc locutus est. Verbum illius summa ratio. Sola mihi ad credulitatem sufficit persona dicentis. Non licet mihi de fide dicti ambigere: non licet deliberare &c.* Et sanè toties nostri scriptores Polemici monuerunt reve-

la-

lationem divinam præcipuam, & unicum esse fundamentum, in quo fides nostra recumbit, *adeò. ut oppositam huic sententiam temerariam, & erroneam in fide esse dicat* Dominicus Bannes in secund. 2. quæst. 1. art. 1. dub. 4. cum quo consentit Stapletonus, Melchior Canus aliique plurimi. Si autem porrò institeris, quamobrem credam hoc à Deo esse revelatum? respondebo: quia in *scriptura hoc dogma continetur*, quidquid autem In scriptura continetur, illud Deus revelavit. Quòd si verò ulteriùs pergatur, & denuò quæratur undenam constet mysteria in scriptura proposita à DEO esse revelata: quandoquidem humanæ rationi istud non evidenter patet; nemo profectò prohibet, quin argumenta proferam, quibus ho-

mines inducti prudenter ſibi perſuadent, ſcripturam DEO debere originem. Verè enim dicam me ad hoc credendum induci prædictionibus futurorum, quæ in ſacro Codice habentur, ſanctitate doctrinæ, quam tradit, Majeſtate atque ſimplicitate ſtyli, conſenſu veteris & novi teſtamenti, miraculis in ejus conſervationem factis, genere vitæ eorum, qui primi eam tradiderunt, conſtantiâ Martyrum in Veritate illius tuendâ, populorum conſenſu, & teſtimonio hoſtium. In his enim aliisque argumentis perſequendis tùm multi alii ex noſtris, tum præcipuè Gregorius de Valentia occcupatus in analyſi ſua fidei.

At verò hoc etiam certiſsimum eſt, quòd ad credendam theopneuſtiam ſacræ ſcripturæ ordinario,

rio, antequam de his argumentis à plerisque mortalium cogitetur, multò maxima hominum pars Ecclesiæ testimonio moveatur. Quo referenda est celeberrima illa S. Augustini sententia: *Non crederem Evangelio, nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoveret Authoritas.* Et sanè ideò Deus in Ecclesia Doctores constituit, qui de veritate verbi Divini testarentur.

Horum est sacram Doctrinam nobis proponere, & exponere, eandem interpretari, & oraculorum ejus Majestatem divinamq; originem commendare. Atquè hìc Ecclesia eô fungitur officiô, quod olim præstitit concivibus suis Mulier Samaritana, quæ aditum eis ad cognoscendum Christum aperiebat. Ex quibus omnibus liquidissimè constat, ex mente

Catholicorum Doctorum Ecclesiam esse medium, per quod Deus ordinario Codicis sacri auctoritatem, & credenda proponit.

Neque tamen hìc adhuc subsistunt Doctores nostri, nè quòd vulgò fit, hostes nostri credant, fidem nostram reduci ad *testimonium Ecclesiæ tanquam ad supremã & ultimam credendi rationem*, sed addunt opus esse *interna spiritûs S. operatione*, ad hoc, *ut Dei verbum agnoscamus, & divina fide recipiamus*. Audiatur Staplétonus, cujus aurea adversùs Witakerum verba hæc sunt: *Arcanum Divini Spiritûs testimonium prorsus necessarium est, ut quis Ecclesiæ testimonio ac judicio circa scripturarum approbationem credat.* Disertè etiam Gregorius de Valentia in Analys. fidei lib. 1. c.

1. *Deus*

1. *Deus ipse imprimis est, qui Christianam Doctrinam, atque adeò scripturam sacram veram esse voce revelationis suæ, & interno quodam instinctu atque impulsu humanis mentibus contestatur.* Hinc adeò frequenter in ore omnium est illud S. Augustin: ex Confess. ejus. *Intus utique mihi intus in domicilio cogitationis nec Hebræa, nec Græca, nec Latina, nec Barbara veritas, sine oris ac Linguæ organis sinè strepitu syllabarum dicit, verum dicit* scil. Moses (& quia non dispar est ratio) etiam Ecclesia, quô ipsô tamen nequaquam locus datur Enthusiasmis. Verùm hac de re apprimè legi meretur Concio Bellarmin. *De Lumine fidei.* Quid igitur in hac sententia, quam explicavimus, reperitur absurdi, aut quod summæ Di-

vi

vinorum oraculorum Auctoritati vel minimùm detrahat? Si, ùt hodie fit, Arrianus quiſpiam quidem concedat omnia dogmata, quæ à Deo revelata ſunt, eſſe vera, ac myſteria illa, quæ in ſcripturis continentur, eſſe dogmata à Deo revelata, neget verò trinitatem perſonarum in Unitate eſſentiæ in ſcripturis habere fundamentum, produco teſtimonia. Non peccabo, ſi illa ab adverſarii objectionibus vindicavero mediis interpretationis etiam iis, quæ Flacius clave ſcript. p. 390. & ſeqq. Walth. in prolegom. Harmon. Selneccer. exam. ordinand. p. 137. & 143. Gerhard. in exeg. l. c. p. 584. Meiſnerus Philoſoph. ſobr. parte 2. alijque adducunt; at certè nunquam efficacius os adverſarii mei obſtruam, quàm ſi oſtendero meam

am, quam affero interpretationem in Ecclesia Catholica semper viguisse, & à Doctoribus unanimi suffragio approbatam fuisse. *Cætera enim media nimis sunt communia, & cujvis prophano scripto applicari possunt, & proinde quò sunt communiora, & longiùs à proposito recedunt, tantò incertiores nos relinquunt. Scriptura sacra non est propriæ interpretationis, nec propria interpretione explicatur, sed ùt à Spiritu S. prolata est, ità à Spiritu S. intelligitur, ejusque sensus aliis manifestatur. Prophetiæ donum habeat, vel aliunde mutuetur, necesse est, qui scripturam interpretari conatur. Prophetiæ autem donum non in cujusque statim cerebro reperitur, sed in Ecclesia Catholica invenitur, quam qui consulit, & veras scripturæ interpre-*

pretationes statim inveniet, & deinde mediis istis interpretandi communibus magis confirmabit. Sola vel incertos nos relinquunt vel in casses nos trahunt hæreticorum. Ut optimè alicubi D. Drejerus.

An verò hoc passu etiam aliquid ex auctoritate Verbi DEI, quæ omnibus Christianis sacrosancta est, decerpitur? Atque hæc ipsissima est Catholicorũ Doctrina uberrimè à tot Theologis enucleata. Neque quod aliàs objicitur, sic circulus ullus committitur. Nimis enim manifestum est, quòd Ecclesiæ testmonium quoad nos sit notius, & evidentius sacrâ scripturâ, quæ natura notior nobis est, sed obscurior, at ex notioribus quoad nos rectè progredimur ad notiora naturâ in demonstratione à posteriori & rur-

rursus ab his ad illa in demonstratione à priori, ut constat ex Analyticis. Alias quoque optimè fieri potest, ut duo quidem sibi testimonium mutuò perhibeant, & sese invicem probent. Ità Johannes erat missus, ut Christo testimonium perhiberet, & ut alii per illum in Christum crederent, & vicissim Christus perhibebat testimonium de Johanne. Ecclesia nobis evidentior deducit nos ad cognitionem scripturæ, & hæc tanquam Verbum DEI, quod naturâ prius, nobis dilucidè manifestat Ecclesiæ proponentis auctoritatem, & ab omni errore immunitatem.

Num. 4.

At convitiis, inquis, scripturam onerant quidam Theologi.

Nol-

Nollem factum, & causam illorum nequaquam fecerim meam, quippe quæ Ecclesiæ Catholicæ non est. Sed quinam illi, & quasnam effundunt blasphemias? Alphonsi Salmeronis, & Mileti quædam producis. At furtiva Cornicula aliorum superbis pennis. Locum enim Salmeronis ante tot lustra produxit Gerhardus lib. 1. Confess. part. 2. c. 4. p. m. 340. dicit is, fateor, *scripturam esse gladium Delphicum, regulam Lesbiam &c.* Sed, quòd absit, non Catholicis, qui summa veneratione scripturæ auctoritatem adorant, sed hæreticis, schismaticis, & ejus furfuris hominibus, quamvis nihil vetet, quin à Catholicis etiam sacra scriptura rectè appelletur *Gladius Delphicus.* Bene Erasm. adagior. Chiliad. 2. centur.

3. p.

3. p. m. 355. *hoc adagium dicebatur de re ad diversos usus accommodabili. Quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in conviviis, & clypeorum vice in bello utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, ut eôdem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent suppliciô. H. I.* Jam ipse Apostolus 2. Timoth. 3. v. 16. O-*mnis*, inquit, *scriptura divintùs inspirata utilis est ad docendum ad arguendum, corripiendum, ad erudiendum in justitia.* Ecce juxta Apostolum scriptura sacra ad diversos usus accommodabilis est, & hoc respectu etiam Gladius Delphicus appellari potest, præprimis, quia etiam alibi nomine gladii Verbum DEI denotatur. Præterea, quòd hæreticis etiam sit *re-*

gula

gula lesbia Verbum DEI tristis experientia affatim comprobat. Nonnè Arrianis dictum illud Joh. XIV. *Pater major me est*, fuit regula Lesbia, quando illo abutebantur ad probandum, eum non esse verum DEum, nec Patri, quod ad Philip. 2. docetur, *æqualem*? Nonnè ut infinita præteream exempla alia, Christi verba: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur*: Marc. ult. Sunt Regula Lesbia illis, qui ex his evincere satagunt, infantes non esse baptizandos? Idem opinor, Lutheranus quilibet affirmabit de iis, qui ex Apoc. 20. v. 24. & 32. credunt Christum *mille annos in hoc mundo cum sanctis in terrena felicitate, & tranquillitate, ligatô satanâ, esse regnaturum*; Quilibet verò in orbe

orbe toto Christianus fatebitur sacram scripturam fuisse Lesbiam regulam Judæis ad eam provocantibus, & evincere gestientibus Christo esse mortem inferendam, *eò quòd Filium DEI se constituisset.* Sed hac de re jam ante aliquot annos, nisi fallor, aliqua à me dicta sunt in epistola germanico idiomata adornata contra D. Sanden Entwurff. Regula nobis Catholicis, eáque *inviolabilis ac summæ auctoritatis scriptura* est, imò nobis *epistola omnipotentis Dei est*, ut vocat Gregor. M. lib. 4. epist. 4. Sed *rectissima hæc regula, & perfectus scripturarum Canon, dum à tot hæreticis* ad diversas probandas sententias variè inflectitur, quia propositum iis est, ad suam voluntatem scripturas trahere, secus quam quondam S. fecit Hierony-

ronymus, ùt ipse innuit *in Apolog. libr. adverſ. Jovinianum*, in Regulam Lesbiam mutatur. Utinam etiam non eſſet ſole meridiano clarius, quòd filiis hujus ſeculi ſcripturæ remotâ Eccleſiæ auctoritate idem valeant, quod fabulæ Æſopi, de quibus ità alicubi Lutherus: Als viel ich urtheilen / und verſtehen kan / ſo hat man nächſt der Bibeln keine beſſere Bücher / denn des Catonis ſcripta, und die Fabulas Æſopi. Sed futile hoc & puerile judicium nemo eſt, qui non hodie exſibilet, id tamen cordati omnes uno ore aſſerunt, quòd ſectæ Socinianorum omnis diuinitùs inſpirata doctrina ſit fabula. Non enim hæc articulum aliquem religionis, ſed omnia ejus fundamenta funditus evertit. Sacra enim Trinitas, neſcio, quod ei idolum.

Chri-

Christus nihil est huic synagogæ, nisi Doctor aliquis aut Martyr; Ejus officium non redimere, sed solùm docere, infernus autem ludibrium &c. Quid quæso Hobbesio tota sacra scriptura, postquam auctoritatem Ecclesiæ excussisset, aliud fuit, quàm fabula? Samuel Parkerus Disput. 1. de Deo sect. 27. ait, *prima, & præcipua Philosophiæ Hobbesii axiomata in religionis ruinam duntaxat fuisse inventa, &c.* Idem Parkerus accusat eundem, quòd omnem *de Numinis existentia certitudinem multò apertiori circuitione, quàm Epicurus fecit, labefactârit, ac putârit nullum esse mundi opificem, sed omnia, quæcunque fiunt, solius materiæ necessitate fieri.* Nec meliori sacra oracula locô habuit is, qui ubique

Hobbesii sputum lingit, Spinosa à *cujus mente idea Atheismi sine veræ Divinitatis agnitione possessa, & quantum ab illo fieri potuit, in alios propagata fuit*, ut mea faciam verba D. Petri Poiret: lib 3 cogit. ration. cap. 8. atque, ut optimè Nobiliss. Dn. D. Pauli in nuperô tractatu (qui jam ad manus non est) id non aliunde, quàm quòd auctoritatem Ecclesiæ maturè didicerit contemnere. Neque aliud judicium ferendum est de Eduardo Herberto; qua de re fusiùs egit ipse Kortholt in lib. *de tribus impostorib: Magnis*, in cujus prœmio notabilia huc facientia verba à quovis legi possunt. Gabriel Acosta ex Christano factus proselytus Judæorum tandemque autocheir reliquit, teste Philipo à Limbroch, scriptum sub titulo: *Exem-*

Exemplar Vitæ humanæ, eique ea immiſcuit, quibus omnis divina revelatio, & religio impugnatur non ſinè ſceleſto ſcripturarum abuſu. Nefandi libelli, cujus rubrum mentitur nomen Jani Alexandri Ferrarii ſub ſchemate Euclidis Catholici, concluſionem adſcribere horret calamus, quamvis auctorem, teſte Spener habeat D. Fabricium. Plura huc facientia peti poſſunt ex Theophili Spizelii ſcrutinio Atheiſmi. His aliisque non nobis Catholicis, ſacræ ſcripturæ Auctoritas non eſt major, quàm fabularum Æſopi. Cæteroquin quanta per ejuſmodi calumnias Catholicis inferatur injuria, ſaniores inter ipſos Lutheranos agnoſcunt. Georg. Calixtus in Tractatu de *arte nova*; omnes Catholicas Germaniæ Academias

p. 50. ità compellat: *Scripturam DEI verbum esse, & proinde certissimam, verissimam, infallibilem, utrinque omnes, quibus quidem mens non laborat, ultrò fatemur, & nisi fallor, contrarium ſa quos affirmare deprehendimus, eos detestamur & ferre non possumus.* Cœtera furibundi hominis deliria, quandò scilicet pag. 31. & 32. crepat *merum esse dolum* cùm Catholici ad scripturas provocant, id non *fieri ex animo*, virgis ferreis compescenda sunt, non oratione. Cæteroquin unusquisque facilè agnoverit non Doctoris, sed Asini vocem esse, *Pontificios per scripturam intelligere Pontificem. Non satis apparet, cur talia dictitet: utrum minxerit in patrios Cineres, an triste bidental moverit incœstus, certè*

Quod

Quod etiam aliàs ſæpiſſimè prodidit, ùt cùm alibi, nimirum p. 2. ait ipſos *Catholicos agnoviſſe, quòd in certamine ex ſcripturis cum Lutheranis causâ ceciderint*, eò quod Cardinalis Pighius fateatur, *incendium eſſe ortum, dum oſtentandi ingenii, & eruditionis gratiâ cum Luthero in certamen deſcenditur*. Quàm pulchrè! An res Lutheranorum eò jam rediere, ut ejuſmodi mendacia præſidium, & firmamentum ſuæ cauſæ arbitrentur?

Num. 5.

Dixi p. 21. diſſertat: meæ, quòd quidem nullum occurrat argumentum in rationibus meis ſelectis ad formam ſyll. reſtrictum, ab homine tamen in analyſi textuum verſato potuiſſe formari ſequens:

Qui semper ad scripturas provocat, easque per pessimam interpretationem depravat, hæreticus est. Atqui. E. Mirè hic ineptit, tandemque ad manifestissimum prolabitur mendacium, aitque nihil *in rationibus meis de depravatione scripturæ occurrere.* At verò manifestè p. 74. hæc leguntur: *Talis indolis fuit Lutherus. Is scripturas semper crepabat, & Evangelium in ore semper habebat, eóque vestitu ovium lupinam suam tegebat feritatem, id est inauditam scripturæ depravationem &c.* Majorem etiam latere in verbis Vincent. Lirinens. p. 73. adductis vel luscus viderit. Præclarè Didymus Homeri interpres observat, quòd Analysin *crassi, & delicati proci non intelligant, sed ipsam relinquant, & aleis semet*

in-

inijciant. in odyſſ. 2. p. 14. edit. Aldinæ. Jam cum ejusmodi diſputatore deſcendat in arenam, qui velit: *Atque idem jungat vulpes & mulgeat hircum*. Quando ventum eſt ad defenſionem Lutheri, meras ſibi facit delitias, & ampullatur; at finit in inſipidô embammate: *Lutherum in omnibus locis p. 76. & 77. Rat. mearum, loqui de actu juſtificationis, cui bona opera non ſunt immiſcenda*. Atque multò diſertiùs Lutherus contra doctrinam *Marc. cap.* 1.

Chriſti, qui præter fidẽ etiã reſipiſcentiam requirit: keine Sünde iſt mehr in der Welt als der Unglaube wo der Glaube iſt / da ſchadet keine Sünde. Toties etiã alibi inculcavit Martinus nullum eſſe peccatum in mundô præter incredulitatem, & *fide præſenti nullum obeſſe pecca-*

tum, quæ si mitissimè etiam contra Lutheri mentem exposueris, hoc significant, *nos ità salvari fide, ut nullus prorsùs habeatur operum respectus. At hoc est contra expressam Salvatoris sententiam: ait enim: Fac hoc, & vives. Nisi resipiscatis, omnes peribitis. Nisi abundaverit Justitia scilicet operum, quifacit voluntatem Patris mei*, ut optimè ex Lutheranis Doctissimus Medicus Reinesius. Præterea ex Reformatis Georg. Bullus *in Harmon. Apostolica dissertatione posteriori gravissimè Christianum hortatur, ut velis remisque devitet errorem Antinomorum, ac Solifidianorum, qui necessitatem bonorum operum ad hominis justificationem, & salutem omnino negant.* Pessimam etiam ibidem p. m. 343. hæresin vocat

dogma

dogma istud *de justificatione per fidem solam*, & eruditè fontem ac originem ejus ostendit. Enim verò disputatio hæc à præsenti loco aliena est. Veritatem doctrinæ Catholicæ Doctissimi quique inter adversarios nostros agnoverunt. Audiamus Guilielm. Forbesium in considerat. modest. & Pacific. p. m. 16. ubi hæc habet verba: *Sacræ litteræ nusquam nec disertè, nec per necessariam consequentiam fidei soli omnem omnino vim justificandi tribuunt, & p. 19. Opera, inquit, quæ à negotio justificationis, & salutis excluduntur* (Rom. 3. 4. 11. Gal. 2. Ephes. 2. Philipp. 3. 2. Tim. 1. Tit. 3.) *sunt opera legis naturæ, & Mosaicæ non tantùm Cæremonialis, sed etiam moralis à Gentilibus, vel Judæis ante & citra fidem & gra-*

tiam Christi solis liberi arbitrii viribus facta, quæ operantes sibi imputabant, & non gratiæ Christi, & propter quæ se justificationem ac salutem mereri Judæi maximè, licèt falsò, existimabant. Et ex his patet quid de addita à Luthero Paulinis textibus, in quibus de justificatione agitur, voce Allein aliisque similibus sentiendum sit. Admodùm nuper Lutheranus aliquis in Untersuchung etlicher Oerter des N. T. p. 323. vocat versionem Lutheri vers. 16. ex. cap. 2. epist. ad Gal. & v. 28. ex epist. ad Rom. 3. eine übele Ubersetzung: ac ita scribit: wie es Luthero dazumahl würde vorgehalten / sprach er / ich weiß wohl / daß es nicht im Griechischen stehet / es soll aber dennoch da stehen und soll der Teuffel sebst es nicht auskratzen. Respondet autem ille: O theurer Luther

Luther es wird der Teuffel diß Wort gern stehen lassen und eher darüber jauchtzen als betrübt seyn. Daß man gemeynet es könne bewiesen werden vi æquipollentiæ ex loco jam adducto ad Galatas wo selbst nisi soviel heißen soll als allein / solches hat kein Fundament: denn der jetztgedachte locus lautet nach dem Griechischen also: wir sind versichert / daß der Mensch aus den Wercken des Gesetzes nicht gerecht werde ohne nur den Glauben. Es folget aber keines wegs des ohne nur den Glauben / eben so viel heisse als allein durch den Glauben. Gleich wie es nicht folget: Wenn nicht dieser mit dem Fieber behafftet gewesene hätte purgiret / so wäre er von seinen Fieber nicht befreyet worden: Ergò so hat ihn die Purgation allein vom Fieber befreyet / wenn Christus nicht wäre Mensch gewor-

 den

den und gebohren / so hatte er die Wercke des Teuffels nicht zerstöret/ dieses ist wahr / es folget aber daraus nicht: Ergò hat die Mensch Werdung und Geburt Christi allein die Wercke des Teuffels zerstöhret. Also ists auch bewandt mit dem Glauben/ der Glaube wird zwar erfordert von den Menschen / der da verlangt seelig zu werden / es ist aber der Glaube des eintzige Mittel nicht die Seeligkeit zuerlangen rc. Nam tametsi & apud orthodoxos Patres & Catholicos scriptores in articulo hoc interdum solius fidei mentio fiat, à sententia tamen Lutheri tantùm abfuerunt, quantum à terrâ distat cœlum: De his igitur non aliud fuerit judicium ferendum, quàm quod S. Hieronymus tulit de Patrum Ante-Nicænorum locutionibus. Apol. 2. contr. Ruffin.

Fieri

Fieri poteſt, ut vel ſimpliciter erraverint, vel aliô ſenſu ſcripſerint, vel à librariis imperitis eorum paulatim ſcripta corrupta ſint, vel certè antequam in Alexandria (Germania) *quaſi Dæmonium meridianũ Arrius* (Lutherus) *naſceretur, innocenter quædam, & minùs cautè locuti ſunt, & quæ non poſſunt perverſorum hominum calumniam declinare.* Loca cetera, quæ à Luthero in verſione partim corrupta eſſe dixi, partim mutilata, non ſinè mendacio, & inepta digreſsione vindicare potuit. Flagitiosè mentitus aut imperitiſſimè nugatus homo vaniſſimus, qui per vitam nullum Codicem græcum Mſtum inſpexit, nec ab iis inſtructus, & paratus eſt, quæ ad hoc requiruntur, adminiculis, dum impudentiſſimè p. 41. ſcribit: *Luthe-*

rum rectè omisisse 2. Pet. 1. v. 10. Durch die gute Wercke / *quia in nullis Codicibus Græcis comparent.* Nolo, ut mihi credas, meisque oculis, crede tantùm Bezæ, qui in annotatione ad hunc locum fol. m. 481. scribit *Mihi sanè non displicet, quòd vulgatus post verbum spudazete legit, & in duobus manuscriptis Codicibus Græcis invenimus, nempe dia kalon ergon &c.* Nec fallere Bezam apparet ex N. T. Oxonii è Theatro Sheldoniano cum variantibus lectionibus ex plus 100. MS. Codicib. An. 1675. edito, nam & ibi expressè illius lectionis p. 588. mentio fit. In commate 18. cap. 19. Act. Apostolic. cùm non haberet, unde depravationem textûs malitiose à Luthero tentatam incrustaret, nè prorsus mutus, & eliguis esset, veteratorie

tione addit ipſum *Lorinum fateri, non eſſe in illo ſermonem de Confeſſioue auriculari*; qua de re à me nulla fuerat mota quæſtio, ſive enim ibi agatur de Confeſſione in Sacramentô Pœnitentiæ, ut Oecumenius, Salmeron, Sanchez, Bellarm. Gregorius de Valent. Hoſius, Ruardus, Tapperus, aliique exiſtimant, ſive non agatur, quæ aliorum ſententia, illud tamen manet inconcuſſum, Lutherum inſignem fuiſſe planum, dùm reddidit, und bekandtẽ und verkündigten ihre Wunderthaten / cùm, quod ipſi Magdeburgenſes Centuriatores fecerunt, vertere debuiſſet: Beichten und zeigten an ihre Sünde. Optimè Joachimus Camerarius in annotation: p. m. 301. *accedebant confitentes ſua peccata, enunciantes, id eſt plenè commemorantes*

actio-

actiones suas dicuntur de iis, quorum modò mentio fit. Ut intelligatur eos, qui credidissent, hac in parte impietatis & superstitionum confessos fuisse, quantum peccâssent, & narrâsse suorum facinorum pravitatem, & vitæ perversitatem. Et deinde Camerarius citat illa Theophylacti: *Oportet unumquemque fidelem memorare sua peccata, & abdicare arguendo seipsum, ne faciat eadem ampliùs, ut justificetur. Secundum hoc dictum memento prius peccata tua, ut justificeris.* Absurdè autem contra vulgatam versionem debacchatur homo ille, qui per vitam omnem nè caput in illa legit, fortè nè vidit quidem. Hugo Grotius in præfat Annotat. ad vetus testamentũ, ut erat & candoris summi, & eruditionis stupendæ vir, libe-

rè fatetur, *se Latinam versionem pridem receptam semper fecisse plurimi, non modò quòd nulla dogmata insalubria contineat, verùm etiam quòd multùm in se habeat eruditionis, in dicendi genere satis horrido.* Et Ludovicus Le Blanc Sedanensis Professor de versione latina vulgata faciens verba scribit p. 156. *Illam contemni non debere, sed venerationem mereri ejus antiquitatem, & usum per tot secula in Ecclesia celebratum, nec sic corruptam & depravatam esse, ut quæ ad fidem, & bonos mores pertinent, sufficienter ex ea peti & hauriri non possint.* H. J. Tædet verò nugarum, & crassæ hujus hominis ignorantiæ quam ubique prodit, præprimis verò etiam, dùm, non quòd pueri in fabâ, se reperisse putat in expli-

catione Bernhardini *Cœlum, & terram mysticè de Joachimo & Anna explicantis*, quod nunquam facturus fuisset, si ex Zeidleri quondam mei Rhetorica Ecclesiast. c. 1. didicisset, quotuplex sit scripturæ sensus, & quòd non tantùm per verba propria, & figurata, sed & per res mystice sœpissime aliquid significetur.

Num. 6.

Quantum Lutherus legi tribuerit, satis ejus edocent verba à me in discuss. allata p. 24. & 25. Et qui potuit Lutherus credere, quòd Lex Moralis sive Dialogus Christianos obliget, qui ausus est ad Melanchthonem scribere: *Si gratiæ prædicator es, gratiam non fictam, sed veram prædica: si vera gratia est, verum non fictum pecca-*

catum ferto. Deus non facit salvos fictè peccatores. NB. *Esto peccator, & pecca fortiter, sed fortius fide, & gaude in Christo, qui victor est peccati, mortis, & mundi. NB. Peccandum est, quamdiu hic sumus. Sufficit, quòd agnovimus per divitias gloriæ DEI Agnum, qui tollit peccatum mundi. Ab hoc non avellet nos peccatum, etiamsi millies, millies uno die fornicemur, aut occidamus &c.* Tom. 1. Epist. edit. Cœlestini fol. 345. Et cujus sunt hæc nisi Lutheri? *Summa igitur ars, & sapientia Christianorum est nescire legem, ignorare opera, & totam Justitiam activam.* Et post pauca. *Nisi enim ignoraveris legem, & in corde tuo certò statueris nullam esse legem, & iram DEI, sed meram gratiam, & misericordiam propter*

Chri-

Christum, non potes salvus fieri. Hæc Luther. Tom. 5 Witteb. latin. in argum. epist. ad Galat. fol. 272. Ignorasne quod idem Lutherus in Comment. ad Gal. 4. fol 215. Tom. 1. German. Jenens. jubeat Christianos, *Mosen cum sua lege quàm longissimè amoliri, & in malam rem abire, & suspectum eum habere, ut pessimum hæreticum, anathematizatum, & condemnatum hominem, multóque deteriorem Papa, ipsóque Diabolo.*

Quid ad hæc Adversarius irrationalis, quid ad elegantem illam regulam hermeneuticam Lutheri ex Tom. 2. Alt. p. 606. aut Tom. 3. Witteb. fol. 143. quam p. 75. in R. S. adduxi? Magis mutus est, quàm piscis, nisi quòd tumidè admodùm homo omnîs elegantioris

eruditionis & doctrinæ reconditæ rudis me in historiâ Antinomorum informare aggrediatur: hoc tamen ſapienter cavit, ne auctorem novæ ſectæ Johan: Agricolam Islebium ex diſciplina Lutheri prodiiſſe evaderet manifeſtum. Nec enim reticendum fuerat Agricolam jam A. 19. ſec. 16. interfuiſſe diſputationi Lipſienſi, & unà cum Melanchthone honorem Baccalaurei theologiæ eſſe indeptum, ſicut conſtat ex Suevi *Academ. Witteberg.* ad A. 1519. Id quoque non erat ſicco pede prætereundum, quod A. 30. cum Melanchthone, & Brentio Auguſtanæ Confeſſionis defenſorem agere tentârit, teſte Seckendorff. lib. 2. hiſt. Luther. n. 135. & lib. 3. p. 142. Schlüſſenburg. lib. 4. Caral. hæreti: cor p. 35. Omnium autem maxime

mè notandum, quòd ipsimet Lutherani haud obscure agnoscant, Agricolam ex scriptis Lutheri sententiam suã imbibisse, quâ de re legi potest Osiander Epit. Histor. Eccl. lib. 3. c. 39. Nec ipse Lutherus diffiteri potuit Tom. 7. Altenburg p. 310. quòd multa ex suis scriptis loca pro sua sententia allegârint Antinomi. Miror autem quòd non hujus Agricolæ positiones inter fratres sparsas ex Tom. 7. Altenburg. p. 314. hùc transcripserit, ita enim in majorem molem stultus eius liber excrescere potuisset. Pueriliter verò, & ridicule contradictiones Lutheri excusat Antagonista. Quid enim an ignorat quam magnifice de se sentiat Lutherus? Satis enim impudenter se constituit Evangelistam, der das Lauthere Exangelium habe/

der

der über seine Lehr nicht einen Engel vom Himmel / geschweige den Menschen wolle zu Richtern leiden. Tom. 2. Altenburg. p. 162. Der das Einsprechen vom Heiligen Geist / und das rechte Evangelium habe. Tom. 5. Altenb. p. 554. Et contra Regem Angliæ scribens Tom. 2. Jenens. Latin. fol. 519. rotunde ità de se Lutherus: *Certus sum, dogmata mea me habere de cœlo* H. J. Quis verò ejusmodi virum sibi contradicere posse credat, aut quis futilibus excusationibus locum ullum tribuat? Jam verò cùm sole meridiano clariores sint Lutheri antilogiæ, quas nec ipse Martinus, quamvis alias esset prorsùs effrons, negare potuit, id quidem sequitur, impiè divinam inspirationem ab homine hoc fuisse jactatam, & nihil veriùs dici,

aut

aut scribi posse, quàm quod ipse Lutherus habet: Von den Geistlichen / und Kloster-Gelübden: Lügen kanst du nirgend gewisser erkennen / den wann sie ihnen selbst zu wider und entgegen seynd. Dann es ist von GOtt also geordnet / daß sich die Gottlosen allezeit selbst schänden sollen / und das Lügen nicht eintreffen / sondern allezeit zeugen wider sich selbst. Breviter, quia ad Lutherum provocavit, ipsum Lutherum in hac causa constituamus Judicem. Is in der Antwort auff das über-Christliche Buch Bocks Emserß / ita judicat; Wenn ich einmahl so gelogen / falsch und so grob genarrt erfunden würde / so wäre alle meine Lehre und Ehre / Glaub und Treu gantz aus; jederman würde mich für einer Buben / und Ehrlosen Bößwicht / wie billich / halten; Atqui Lutherus multo-

ties

ties sibi contradicens necessariò est sæpissimè mentitus, utráque enim contradictionis pars vera esse non potest, E. meritò ab omnibus ipsi tribuentur splendidi tituli eines Buben / und Ehrlosen Bösewichts. Audi adhùc verba Erasmi ex epist. ad Georg. Saxon. Duc. Lib. 25. epist p. 993. Non est Luthero novum sibi pugantia scribere. Cumque docti quidam illi loca ejusmodi ingesserint in os, homo suavis obticescit, quasi sint indigna responso scilicet!

Num. 7.

In discussione p. 25. & seq. ostendi Lutherum jejunium proscripsisse; hic cùm adversùs evidentissima Lutheri dicta néque hiscere quidem posset, Lutherum *de jejunio Papistico & carnis pri-*

viô loqui criminatur. Sed hoc miserum est effugium, quis enim ignorat jejunium 40simale prorsus esse à Luthero sublatum? Nemo autem, etiam in antiquitate Ecclesiastica Tyro nescit, quòd hoc sit antiquissimum. Oecumenica Synodus Nicæna 1. Canon. 5. definiens tempus, quo in unaque provincia bis quot-annis Synodus ad componendas lites congregari debeat, ità loquitur: *Synodi autem fiant, una quidem ante quadragesimam, ut omnibus animi sordibus sublatis purum munus Deo offeratur, secunda autem circa autumni tempus.* Ex quibus verbis apertissimè fluit, illis diebus, in Ægypto, Thebaide, Libyâ, Palœstinâ, Syriâ, Arabyâ, Mesopotamiâ, Perside, Ciliciâ, Cappadociâ, Armeniâ minori, & majori, Ponto,

tò, Paphlagoniâ, Galatiâ, Asiâ Proconsulari, Lydia, Phrygiâ, Daciâ, Pannoniâ, Galliis &c. ex quibus provinciis Patres ad hanc Synodum confluxerant, adeoque per omnem ferè terrarum orbem, ubi Christus adorabatur, jejunium 40simale æquè fuisse notum, quàm ipsum autumni tempus. Jam verò hæc Synodus, ùt pueris etiam constat, ineunte secul. 4. fuit celebrata. Nec minùs etiam hoc constat, quòd seculô tertiô hujus jejunii communis, *& quasi publica religio fuerit*, ut loquamur cum Tertulian. lib. de orat. c. 14. Is ipse in Montani hæresin jam delapsus disertè testatur, quòd Catholici, quos Psychicorum nomine invidiosè exagitat, *in Evangelio illos dies jejuniis determinatos putent, in quibus ablatus est Spon-*

 sus

ſus lib. adverſ. Pſychic. c. 2. Ac in eodem lib. c. 13. *Ecce enim convenio vos &, & præter Paſcha jejunantes citra illos dies, quibus ablatus e Chriſtus.* Origen. etiam in Levitic. hom. 10. habemus, inquit, *quadrageſimæ dies jejuniis conſecratos.* Porrò & ſecundô ſeculo Chriſtianos jejunium ante Paſcha celebrâſſe apertè declarat Controverſia de die Paſchali, nam Aſiatici, teſte Euſebio, ſtatuebant, *decimâ 4tâ lunâ, in quemcunque ſeptimanæ diem incidiſſet, finem jejuniis imponendum eſſe*, alii verò Chriſtiani, qui cum Victore Pontifice Romanô faciebant, in ea erant ſententia, non alio die, quàm Reſurrectionis Servatoris Noſtri, id eſt Dominicô, jejunia ſolvi licere. Quin imò ſi verba S. Irenæi, quæ lib. 5. H. Eccl, c. 24. citat

citat Eusebius, ritè inspiciantur, patet quidem varietatem aliquam, qua alii longiori, alii verô breviori tempore jejunium circumscribant, in observando jejunio & tempore Irenæi, & multò priùs, apud Majores, id est, ipso ferè seculo Apostolico cœpisse, illos tamen qui accuratè jejunarunt, 40. dies in jejuniis transegisse, aliorum verò consuetudinem ex simplicitate & imperitia ortum habuisse. Atque hinc non pauci & probatissimi inter Patres jejunium 40simale ad Apostolicam referunt institutionem. Hieronymus in Epistol. ad Marcell. *Nos unam 40simã secundùm traditionem Apostolorum toto annô tempore nobis congruô jejunamus.* Leo M. Serm. 6. de jejun. *Quod ergo, dilectissimi, in omni tempore unumquemque fa-*

 cere

cere convenit Christianum, nunc solicitius, & devotius est exequendum, ut Apostolica institutio 40. dierum jejuniis impleatur. Petrus Chrysologus serm. 11. ità suos alloquitur: *Videtis fratres, quia quod quadragesimam jejunamus, non est humana in ventio, auctoritas est divina.* S. Ambros. in Evangel. Luc. lib. 4. *Tot jejunio dierum Domini nobis in Evangelium patescit ingressus. Unde si quis Evangelii gloriam fructúmque resurrectionis optat adipisci, mystici jejunii prævaricator esse non debet, quod & in lege Moyses, & in Evangelio suo Christus utriusque testamenti auctoritate præscripsit, &c.* Hieronym. in Jon. c. 3. scribit *Dominum verum Jonam jejunavisse 40. diebus, & hæreditatem jejunii nobis dereliquisse.* Credit etiam anti-

antiquitas peccato ſeſe obſtringere trãſgreſſores jejunii. S. Maximus ſeu quicunq; auctor è ſerm. de 40ſim. S. Ambroſ. adſcriptorũ: *Sicut, inquit, reliquo añojejunare præmiũ eſt: ità in quadrageſima non jejunare peccatũ eſt, illa enim voluntaria ſunt jejunia, iſta neceſſaria: illa de arbitriô veniunt, iſta de lege; ad illa invitãur, ad iſta compellimur.* S Cæſarius Arelatenſis: *Aliis*, inquit, *diebus jejunare aut remediũ, aut præmiũ eſt, in Quadrageſima non jejunare peccatum eſt. Aliô tempore qui jejunat, accipiet indulgentiã, in quadrageſima, qui poteſt, & non jejunat, ſentiet pœnam.* Imò Concilium Gangrenſe Anathemate ferit tranſgreſſores jejuniorum Can. 19. nec negare hoc poſſunt Lutherani. Urban Rhegius, cujus germanica tantùm opera jam mihi ad

 ma-

manus sunt, in lib. Wie man fürsichtlich reden soll. N. 14. ita scribit: ich halte dafür/daß die Fasten der 40. Tage vor dem Oster-Feste aus dieser Ursachen vor Zeiten in der ersten Kirche (doch mit Christlicher Freyheit) gehalten sey/ daß das Volck durch die Fasten geschickt würde desto hefftiger und Fleissiger zu bethen und GOtt zu dancken bey des HErrn Abendmahl beyde für des bittere Leyden und Todt Christi ꝛc. Also schreibt Ignatius des H. Evangelisten Johannes Jünger in Asia und ein Heil. Martyrer Christi in der Epistel an die Philipper: Ihr solte die Fasten der 40. Tage Tage nicht verachten/ denn damit folgt man dem Exempel der/ die mit GOtt Gemeinschafft gehabt. H. J. Cùm ergo tam solenne à prima Christiani nominis origine jejunium Lutherus sustulerit, annon verè

verè is diceturſtata jejunia aboleviſſe? Carnis privium etiam non deſtituitur ſuo in antiquitate Eccleſiaſtica fundamentô. Exordiamur ab ultimis temporibus, & brevibus uſque ad ſeculum Apoſtolicum aſcendamus. Ævo Dithmari Epiſcopi Mersburgenſis hæc erat conſuetudo inter Polonos, *ut dentium evulſione mulctaretur, qui carnem manducâſſet.* Carolus Magn. in Capitul. pro partibus Saxon. edito An. 789. cap. 4. ita ſtatuit: *Si quis S. quadrageſimale jejunium pro deſpectu Chriſtianitatis contempſerit, & carnem comederit, morte moriatur.* Synodus Trullana, quæ habita eſt A. Domini 692. jubet Can. 56. *totâ Quadrageſimâ abſtinerê ab omni eo, quod mactatur.* Et ante hoc Concilium Toletanum, quod

juxta quosdam An. 653. habitum fuit Can. 9, ità sancitum: *Quisquis absq; inevitabili necessitate atque fragilitate, & evidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus Quadragesimæ esum carnium præsumpserit attentare, eum non solum reum fore resurrectionis dominicæ, verùm etiam alienum ab ejusdem diei S. Communione &c.* Seculo 6. cum Justinianus ob ingentem penuriam Constantinopoli in 2da hebdomade Quadragesimæ jussisset carnes publicè in macello proponi, non fuit inventus in toto populo, *quì carnem emeret, aut gustaret.* Ex seculo V. prodeat S. Augustinus testis omni exceptione major, is lib. 30. contra Faustum c. 5. ità scribit: *Christiani, non hæretici, sed Catholici edomandi corporis* *cau-*

causâ propter animam in orationibus ampliùs humiliandam, non quòd illa immunda esse credant, non tantùm à carnibus, verùm à quibusdam etiam fructibus abstinent, vel semper (sicut pauci) vel certis diebus atque temporibus sicut per Quadragesimam ferè omnes &c. Seculo 4to eandem valuisse disciplinam loquuntur verba Basilii orat. 1. de jejun. kreion uk esthieis, *Carnem non edis, sed fratrem comedis.* Ex quibus manifestè patet, tempore jejunii carnes non fuisse gustatas. Cyrill. Hierosolymit. Catech. 4. p. 34. alloquitur Catechumenos: *jejunamus enim, & à vino, carnibusque nos abstinemus: non ea quasi piacula abhorrentes, sed mercedem expectantes.* Palam etiam Theophilus Tom. 3. Biblioth. PP. p. 107.

 re-

reprehendit hypocrysin eorũ, qui tristi vultu jejunia promittebant, & clausis parietibus vescebantur carnibus, *& oves altiles immundis manibus lacerabant.* Seculo 3. Tertullian. jejunia à suæ ætatis Christianis simplici *pabulo purôque aquæ potu peracta narrat lib.* de patient. c. 13. & iterum in lib. de jejun. c. 13. *pane*, inquit, *& aquâ victitabant.* Illustre etiam ex seculo 2do divina nobis Providentia servavit documentum in Luciano, qui, ut notum est, sæpe Christianos sugillat. Is Peregrini, de quo diversa apud veteres prostant judicia, ut apparet ex illis, qui ejus meminerunt Athenag. in Apolog. pro Christ. A Gellio, Tertullian: Ammiano, & aliis, mortem fusè persequitur, non omissâ ejus vita. Peregrinum hunc Tom. 2. edit.

edit. noviss. p. 565. didicisse ait admirabilem sapientiã Christianorum, quod etiam refert Athenag. in Apol. & narrat prospera & adversa, quæ huic Christianam veritatem sectanti evenerint, tandem in sequentibus salsè, ut solet, describit, p. 570. eum aliquid in Christianos commisisse, & ab his non amplius receptum: *Visus enim erat, ut opinor, aliquid ex interdictis comedisse.* Ecce jam seculo 2do quidam cibi interdicti non aliò, ut opinor, quàm jejunii tempore. Nam illis diebus aliàs publica doctrina erat, quòd *Christiana fides libera in Christo, ne judaicæ quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat, semel in totum macellum ab Apostolo admissa*, ut cum Tertulliano loquamur. Porrò Auctor libri, qui Her-

mæ paſtor vocatur, lib. 3. ſimil. 5. *illò*, inquit, *die, quo jejunabis, nihil omninò guſtabis præter panem, & aquam.* Nec quicquam cauſæ eſt, cur hoc teſtimonium aſpernari quis velit, poſtquam etiam Doctiſſimi quique viri hodie poſt diligens inſtitutum examen, librum hunc eſſe genuinum, & à Diſcipulo Pauli ſcriptum ſolidè comprobârunt. Hos inter numerari debet longè Doctiſſimus Nicolaus Nourius è celebrr. Congreg. S. Mauri Presbyter in Apparat. ad Biblioth. Max. diſſert. 4. Idem etiam operosè contra Cocum & Rivetum oſtendit ante paucos annos multæ vir lectionis, & accurati judicij Tilemontius. Nec aliter hodie Doctiſſimi Viri in Anglia ſentiunt, ùt Dodwellus aliique. Cæterùm etſi liberè cum Petavio in

not.

not. ad Epiph. p. 360. fatemur, *miram quandam in quadragesimalis jejunii religione varietatem apud antiquos extitisse, nec minorem in ciborum delectu abstinentiâque diversitatem:* In eò tamen omnes conveniunt, quòd jejunantes tempore Quadragesimali carnem non manducaverint. Scilicet illud tempus Catholici humi *cubando, castimoniam servando, afflictandóque corpore, nec non & aridorum ciborum usu, precibus, vigiliis, jejuniis, ac reliquis id genus saluberrimis animarum cruciatibus celebrare* solebant; Solos Aerianos *jam diluculo obsonatos, & carnibus, vinóque distentos cachimari, ridere, & Catholicos, qui illam Paschatis hebdomadem* explebant sanctissimis illis Religionibus, traducere consuevisse, refert

refert Epiphan. hæreſ. 75. n 3. Tametſi verò jejunium 40ſimale religioſè abſtinendo etiam ab eſu carnis obſervandum eſſe cenſeamus Catholici: Non tamen propterea non agnoſcimus eſſe veriſſima illa, ſi rectè intelligantur dicta, quæ miſeri abſque ſano eorum Senſu ſemper crepant ex Math. 15. Luc. c. 10. 1. ad Corinth. c. 10. ad Coloſſ. 2. 1. ad Tim. 4. &c. Si rectè intelligantur, de quorum verò ſenſu agere jam non vacat, præprimis cùm etiam Zeidlerus, niſi fallor, in Tr. de jejun. 40ſimale præeuntibus Catholicis Doctoribus ſolide oſtenderit, quam frivole ex iſtis contra abſtinentiam à certis cibis, præprimis à carne tempore jejunii diſputetur. Si vere diſſentit Launojus, quod ego non memini, quamvis ab hinc octo annis

mis libellum, quô amici & ego hic destituimur, de jejunio à capite ad calcem perlegerim, in verba viri celeberrimi nequaquam juravi, nec Catholicorum quisquam. Dùm autem adversarius eum p. 54. & 61. appellat Episcopum Parisiorum, quam inperitus sit in re literariâ & nullius prorsus lectióis, evidenti ostendit exemplo. Omnes enim, quotquot huius viri faciunt mentionem, faciunt autem longè plurimi, Parisiensem non Episcopum, sed Theologum vocant. Conringio præfat. in Cassandr. & Wicelium audit Parisiensis Theologus Philaletes. A Dalæo in præfat. lib. de cultu religios. vocatur *Clarissimus Sorbonæ Doctor.* In elogio Launoii, quod prodiit A. 1685. Londini, adducitur Epitaphium ejus, quod poni

cu-

curavit Nicolaus le Camus, ita habens: *Hic jacet Launojus Constantiensis, Parisiensis Theologus &c.* Lutheranorum autem testimonia de jejunio Quadrages. quæ vis veritatis ei extorsit, nisi vehementer fallor, adduxit D. Grabius, præ quô duo isti Mustacei Doctores adversarii mei, quantum ad variam lectionem, pueri sunt: *in appendice ad librum de formulis caute loquend. Urbani Rhegii.* Malè ergò egit etiam in hoc Lutherus, quicquid Nasutulus adversarius hic oggänniat, quòd abstinentiam à certis cibis in jejunio 40simali à tempore Apostolorum in Ecclesia continuatam in suo coetu sustulerit. Porrò si Eustachius in eô à me in R. S. ex lib. 2. H. E. Socrat. cap. 43. reprehensus est, quòd jejunia præ-

scri-

ſcripta docuerit eſſe averſanda, id optimo jure factum eſt. Nec tamen propterea minùs rectè à me defenſa ejus ſententia non de certis & ab Eccleſia ſtatutis jejuniorum diebus reiiciendis, quam l. c. reprobavi, ſed de abſtinentiâ à cibis, quam ex Eccleſiæ gremiô lapſus retinuit, quod diſcrimen propter bæoticam ingenii habetudinem adverſarius meus intelligere non potuit. Cæteroquin nemo inter Catholicos eſt, qui prohibeat etiam ab omni cibô & potu uſque ad veſperam abſtinere. Imò fatemur omnes hoc eſſe jejunium verum & proprie dictum, ad quòd requiritur (1) ut ſemel tantum in die, quod fere veſperi fieri ſolet, cibus capiatur. (2) Ut una illa refectio, quæ cœna eſſe ſolet, inſtituatur juxta regulam jejunantibus

bus ab Ecclesia vel consuetudine vel lege præscriptam, id est habeatur ciborum delectus & à vetitis abstineatur. Præter hunc autem excellentissimum jejunii gradum datur alius inferior, in quô permissi ab ecclesia cibi non autem quilibet pro lubitu in prandio sumuntur, & præterea etiam in cœnula, post quam manus lavari non solent, ab iis, qui duros perferunt labores, aliquid ad reficiendas vires degustari solet. Qui jejunandi modus jam à Tertulliano sub nomine portionalis jejunii celebratus est. Neque quisquam ex vetustis Ecclesiæ doctoribus negavit illos, qui hunc morem observant, jejunare. Citat in contrarium adversarius Prosperum, & ait illum negare, quòd jejunent isti, qui pisces comedunt, sed hoc est

eſt ſpurciſſimum mendacium, quippe S. Proſper illos, ut ex contextu apparet, reprehendit, qui *pro ſtomachi nauſeantis teneritudine viles carnes abjiciunt, quò poſſint aliis non ſolùm carnibus ſed etiam delicatioribus ac pretioſioribus ſuas voluptates explere.* Nec aliud vult S. Chryſoſtomus, qui, ut notum eſt, ſæpe in luxum hominum invehitur.

Num. 8.

In diſcuſſ. p. 28. & ſeqq. oſtendi macerationes corporis, secùs, quàm ſtatuerat adverſarius, non pugnare cum 5. Decalogi præcepto. Hic cùm, quod ogganiret, non haberet, imperitiſsimè corporis macerationes cum flagellationibus confudit, cùm illæ multò pateant latiùs, & ab omnibus

Ca-

Catholicis approbentur; hæ inter ipsos Catholicos non omnes æquè repererint faventes, quod aliis etiam modis quàm flagellationibus salutariter corpus macerari posse quidam sibi persuaderent. Quos inter est non tantum nuperus aliquis scriptor Gallus, sed Joannes ab Ingen, & Joann. Gerson Cancellar. Vnivers. Paris, quamvis hic non simpliciter flagella reiiciat, ut patet ex his viri illius verbis: *Lex Christi, si videatur flagella indulgere juxta illud: ecce ego in flagella paratus sum, nihilominus circumstantiæ debent apponi, quibus rationabile fiat obsequium nostrum, unà quòd eiusmedi flagellatio fiat judicio superioris imponentis talem pœnitentiam, & quod ab altero fiat, & moderatè, & sinè scandalo, & ostentatione &c.* Tam-

Tametsi verò ad defendendas flagellationes nulla ratione obstringar, excutiam tamen brevissimis, quæ contra has in medium producuntur. In 1. ad Corinth. c. 9. ipsemet fateor S. Apostolum uti argumento ducto à certaminibus publicis ad certamen virtutis, quod adhibet etiam Philo Judæus in lib. contr. Flacc. Proinde S. Paulus ex palæstrâ admodùm appositè voces ad actiones suas, quæ gymnicis illis analogæ erant, virtuosas designandas transfert. Nè verò quisquā existimare posset, vocabula illa prorsus exuere significationem propriam, cavit S. Apostolus mirâ arte, dum removet â se illas pugilum actiones, cum quibus gymnasticum ejus exercitium in certamine virtutis nullam adeò evidentem habebat cognationem,

ne

ne voces in prorsùs impropria aut alia significatione accipere esset necesse. Notum est, quod Pyctæ ante pugnam manum & brachia cestibus armata, ut cum Seneca lib. 7. quæst. Natur. loquamur, jactarint: ità Virgilius lib. 5 Æneid. de Darete:

Talis prima Dares caput altum in prælia tollit:
Ostenditque humeros latos alternáque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Meminit hujus moris Theophilus Antiochen. lib. 3. & Eustathius ad Homer. Iliad passim At S. Paulus, cùm nulla ei occurreret actio, quam verbis ab hoc more traductis evidenter & signanter exprime-

meret, affirmat ſe verè pugnare, *non more pugilum aërem verberare v.26.* Quod autem vere pugnet cum adverſario, id eſt, corpore ſuo, oſtendit his verbis: caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo. Primum illud verbum quod in textu græco, eſt proprium, niſi fallor, pugilum & varie à variis eſt expoſitum. S. Irenæus lib. 4. adverſ. hæreſes reddit, *lividum reddo*, Petrus Chryſologus ſerm. 161. & Cyptian. *affligo.* S. Hieronymus *macero*, *reprimo*, *ſubiicio*, Auguſtinus & Salvianus *caſtigo*, omnes non malè, modò attendatur, quòd tùm Pyctæ dicerentur adverſarium hypopiazein, quando ejus auribus, oculis, genis &c. ictus & vibices incutiebant, livore ſeu ſanguinis notâ tùm alias partes ſugillabant tùm præprimis oculos,

quos Græci opas vocant, & hypo- p a notas ejusmodi, Auctoribus Hesychio, & Suidâ, sive ut cum scholiaste ad *Acharnenses Aristophanis efferamus, plagæ vulnera.* Nec minùs à Pyctis desumptum est alterum vocabulum græcum. Nam qui vicerat, victum trahebat adversarium. His ergo verbis S. Apostolum indicare voluisse quòd corpus duriùs tractârit, variis incommodis affecerit, & de eô tanquam de victô trium pharit nemo opinor, nisi amens sit, negaverit. Corpus autem nostrum affligi potest variis modis, pervigiliis, inquam, Xerophagiis, jejuniis, virgis, flagellis &c. Jam non nego; esse non paucos, qui de jejunio hunc locum B. Apost. interpretantur, quos inter est S. Ambrosius, Hieronymus, Cassianus,

Ephrem,

Ephrem, aliique plures. Enim verò quia v. 25. jam dixerat, *certantem in agone ab omnibus se abstinere, aut per omnia temperantem esse*, ùt vertit Erasmus, sive *continentem*, ùt olim S. Cyprianus interpretatus est, ad exquisitissimam Gymnastarum diætam, quæ jejunia etiam complectebatur (ùt constat ex Epicteto, Chrysostom. H. 21. de statuis, quò etiam referri possunt, quæ apud Aristot. leguntur lib. 8. Polit. c. 4. Sanè Plinius lib. 23. N. H. c. 7. tradit, exercitatorem quendam Pythagoram primum carnem Athletis concessisse, quâ in re cum Oribasio quidem ei non convenit, ast hoc certum est, quòd, cùm deinde carnibus vescerétur, ipsis teste Galenô lib. 2. de dignot. pulsuum, duæ tantum minæ fuerint conces-

ſæ; ſiccæ quoque ſaginationis Athletarum meminit Tertull. lib. de pallio) reſpiciens, non ſit adeò veriſimile, quod iterùm Apoſtolus ultimo v ſignificare voluerit contuſam & ſugillatam jejuniorum ceſtibus à ſe carnem. Magna ergô cum probabilitate dici poteſt, quòd Apoſtolus v ult. ſignificet, quòd verberibus, plagis, aut virgis corpus ſuum ſubegerit. In quo nihil prorſùs abſurdi eſt. Non dixit Paulus, interficio, perimo, tollo, aufero, quod eſt hoſtis & inimici, ſed ſugillo, caſtigo, quod Domini eſt, quòd Magiſtri eſt. Et ſanè non video, cur mihi non liceat in corpus meum idem, quod mihi licet in corpus filii & filiæ meæ. Non ago contra 5. præceptum, ſi filium virgis caſtigem, imò potiùs memor vivo illius ex

Prov.

Prov. c. 13. v. 24. *qui parcit virgæ, odit filium ſuum*, & cap. 23. v. 13. *Noli ſubtrahere à puero diſciplinam, ſi enim percuſſeris eum virgâ, non morietur: in virga percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis.* Adeóque ſi caſtigavero liberos meos, qui objurgatione non corriguntur, laudabiliter me gero; quomodo ergo contra 5. præceptum peccavero, ſi corpus meum etiam virgis ac flagellis contudero, modò non obliviſcar Canon. Apoſtolic. 22. 23. & 24. Et hæc de loco Paulino dicta ſufficere poſſent, niſi p. 68. & ſeq. imperitiſſimus rabula auſus fuiſſet negare, quòd corpus ſuum Ahletæ ante pugnam afflixerint. O imperitiam Doctoris virgis caſtigandam! audi Tertullian. in exhortat. ad Martyres in hæc ver-

ba erumpentem: *Athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori ædificando vacent: continentur à luxuria, cibis lautioribus, à potu jucundiori: coguntur, fatigantur, quantò plus in exercitationibus laboraverint, tantò plus de victoriâ sperant.* Et si ullum auctorum haberet usum, certè ignorare citra supinam negligentiam non potuisset, fuisse quondam Meletas sive proagones, de quibus crebra apud Auctores Platon. Philonem Judæum, Chrysostomum &c. mentio est. Hæc progymnasmata, & sese exercentes Athletas ipsum Neronem aliquando spectâsse constat ex Suetoniô. Et dudum viri docti ostenderunt hos proagones, hæc progymnasmata per decem minimum menses ante justum de coro-

na

nâ certamen durâsse, id quod ex jurejurando eorum, qui admitti cupiebant, satis intelligi potest. Nam, ùt pulchrè Cyprian. ad Fortunat. *Neque idoneus potest esse miles ad bellum, qui non exercitatus priùs in campo fuerit, aut qui agonisticam coronam quærit adipisci, in stadio coronabitur, nisi usum & peritiam virium antemeditetur &c.* Quam difficilia autem fuerint illa progymnasmata tota antiquitas loquitur. Certè Christiani Nominis Confessores Balæstini pugillatûs agoni apud Cæsaream subeundo sub Galerio, & Maximino Impp. ab Urbano Palæstinæ Præside mancipati meletas pugillatûs ferre nullo modo potuerunt, & propterea non modò agonum Curatoribus, sed & ipsi Maximino supplicârunt, ùt

narrat Eusebius in append. ad lib. 8. H. Eccl. Duris autem afflictionibus illis in his proagonibus id tandem consecuti sunt pugiles, *ut cæstibus contusi nè ingemiscerent* quidem, teste Ciceron, lib. 2. Tuscul. quæst. Ad meletas etiam sinè dubio referri debet illud pugnæ genus, quod apud Lacædemonios auctore Licurgô viguit, quando incredibili contentione pugnis, calcibus, unguibus, morsu accerrimè Ephesi certabant, quod vidit ipse Cic. ùt lib. 5. Tusculan. testatur. Qui mos etiam obtinuit apud Cretenses, ut ostendit socer meus D. Pfeifferus lib. 2. antiquit. Græc, p. 389. Quàm durissimè tractâsse corpus in his progymnasijs liquet etiam ex eô, quod strigmenta & sordes exercitatorum in Palæstrâ finito certamine

mine non linteo, non goſſyppio, ſed ſtrigilibus ferreis, aureis, argenteis, corneis, primis temporibus (quamvis poſtea tempore Galeni aliquid de rigore remiſiſſe videantur) à corporibus raderentur. Ænei certè ſtrigiles inter Trajani Imperatoris thermarum ruinas inventi ſunt, qua de re Doctiſſimus Medicus Hieronym. Mercurial. in lib. 1. de arte Gymnaſt. conſuli poteſt. Et hinc etiam eveniſſe puto tot repentinas Athletis mutationes, ſenſûs, & motûs amiſſiones, ſuffocationes, vaſorum ruptiones, ùt refert Galenus in ſuaſ. ad art. bonas, & in lib. ad Thraſyb. quòd nimiis violentiis corpus expoſuerint, ut prorsùs mirùm non ſit, quòd nequaquam diu vivere potuerint, id quod teſtatur Hieronym. ex Hippocrat.

& Galeni auctoritate lib. 2. adversus Jovinian. Præterea quondam apud Lacædemonas solemnitas maxima erat diamastigosis, ubi pueri ad aram verberibus sic accipiebantur, ut multis è visceribus sanguis exiret, nonnunquam etiam ad necem cederentur, id quod læti & alacres tolerabant, adstantibus parentibus & propinquis, & uti perseverarent adhortantibus; atque ita inter se de Victoria certabant, in eo posita, quòd aliquis diutius fortiúsque pertulisset verbera, ùt constat ex Plutarcho in Institut. Laconic. p. 239. Nec non Vita Lycurur: Cic. lib. 2. Tusculan. quæst. Tertullian. in lib. ad Martyres, & aliis. Eos, autem, qui plagis ipsis immoriebantur, statuis in memoriam illorum erectis nobilitabant, ùt constat ex

Lu-

Luciani dialog. de gymnaſijs. His aliisque modis duris & aſperis, & periculi plenis antiquitùs juventutis corpora in gymnaſiis ad dira quævis perferenda præparabantur, de quibus plura legi poſſunt in Gerhard. Joh. Voſii lib. de 4. artib. popular. Budæo in annot. ad Pandect. Julio Cæſ. Scalig lib. 1. Poëtic. 22. Meurſio de Græcor. ludis, Petri Fabri Agoniſtico Quercetani Diætetic. Polyhiſtoric. Juberto de Gymnaſiis aliisque pluribus antiquitatis ſcrutatoribus.

Num. 9.

In diſcuſſ. p. 31. dictũ eſt, locũ ex Levitit. 19. v. 28. prohibentem, nè *ſupra mortum incidant carnem Iudæi*, nihil quicquam facere adverſùs macerationes corporis

Christianorum. Sed quid ad hæc disputator noster irrationalis? citat is locum ex Deuteronom. 14. v. 1. *filii estote Domini Dei vestri, non vos incidatis, nec facietis calvitium super mortuo*, ubi potissimum urget illud: *Filii estote Domini Dei vestri*, ac hinc infert, Christianos eâdem lege obligari, utpote qui & ipsi DEI sunt filii. Respond. (1) ex sententia Rabbinorum, præceptum Levit. 19. v. 28. & 21. v. 5 & Deuteron. 14. v. 1. diversum esse, & præcepto illo prohiberi, *nè quis unguibus sese laceret*, id quod clarissime ex 70. Interpretum versione etiam elucescit: at altero præcepto Deuteron. 14. v. 1. vetitum esse, *ne corpus cultro aut alio ferro incidant*. Vid. Dionysium Vossium in Rabb. Moys. lib. de

Ido-

Idololatr. p.m. 170. & ſeq. at quicquid hâc de re ſit apud nos Catholicos, nec obtinet entomis ſeu *laceratio corporis in luctu* noſtrorum, nec *unguium laniatu vultum* fœdamus, nec *cultro cutem incidimus*, adeóque nec hoc nec illud præceptum eſt contra noſtras corporis macerationes, & quas aliqui ſuſcipiunt, flagellationes. (2) In loco ex Deuteron. c. 14. æquè incidere & calvitium facere propter mortuum prohibentur Judæi. Et verbo Maimonidis de idololatria; *ſeu Sacerdos fuerit, ſeu Iſraelita, ſi mortui ergò calvum ſe reddidiſſet, uno verbere plectebatur.* Jam in N. T, ùt opinor, nuſpiam eſt prohibitum propter aliquas cauſas ſibi detondere capillos capitis, & verè aliquis eſſe poteſt Dei Filius, qui crines ſibi

 reſe-

referat, nihil ergo obſtare poteſt, quin ſi caro fuerit rebellis, & jugum excuſſerit rationis, aliquis & pius ſit & filius Dei, qui gravius more Veterum pœnitentium etiam in corpus pia ſeveritate ſævierit juxta illud S. Auguſt. *Sævi in Te, ut Deus intercedat Tibi, & non damnet te &c. Puniendum eſt peccatum aut à Te, aut ab ipſo: Si punitur à Te, tunc punietur ſinè Te Si verò à Te non punitnr, Tecum punietur &c. Si Tu Te punire volueris, parcet ille: qui autem bene agit pœnitentiam, ſuus ipſe punitor eſt: ſit oportet ipſe in ſe ſeverus, ut in eum ſit miſericors Deus &c.* (3) Certum eſt tamen, quod ipſi Judæi in aliquibus caſibus cutem inciderint, id quod colligere licet ex Jerem. 41. 5. ubi dicuntur veniſſe *viri de Sichem, & de Silo, & de*

Sa-

Samaria 80. *barbâ rasi, vestibus laceri, sese incidentes.* Fit istarum incisionum etiam mentio ab eodem Prophet. c. 48. v. 37. & ut jam prætercam locum ex Isa. 15. admodum notabilia sunt Dei verba Jerem. ib. monentis, *nè in Judæâ uxorem ducat, aut liberos procreet, fore enim, ut omnes è medio tollantur, & per Chaldæos moriantur,* & subjiciuntur hæc verba: *v. 6. grandes, & parvi in terra ista non sepelientur neque plangentur & non se incident &c.* Ex quibus verbis etiam præstantissimi inter Rabbinos collegerunt rectè etiam incidi in luctibus, lanceolis aut gladiolis partes quasdam corporis, modò illud ex justâ causâ & ritè fiat. Disertè Rabbi Moses Maimonnid. in fine libr. de Idololatr. *Qui calvitium capiti inducit,*

aut carnem suum lacerat propter ruinam domûs, aut navim mari submersam liber est. Neque enim vapulat quis, nisi se defuncti vel idoli ergò carpserit. Prohibuit itáque Deus Judæis incisionem carnis non simpliciter, sed propter mortuum, vel ùt alii malunr, juxta & super mortuum aut defuncti loculum. Id quod multis ex Gentilibus fuit familiare vanissimâ persuasione ductis, fore, ut sanguine ostensô inferis satisfacerent. Certè ideò mulieres in exequiis & luctu *ora lacerabant*, ùt testatur servius ad lib. 3. Æneid. ex Varone.

Pertinet etiam huc illud apud Virgilium: *Unguibus ora soror fœdans.* Non tantùm verò ab Amorrhæis mos ille absurdus receptus erat, sed & postmodum ma-

manavit ad Scythas Herodot. lib. 4. cap. 71. ipsosque Romanos (tametsi lege 12. tabularum sublatus videri poterat his verbis: *Mulieres genas radunto non*, hoc est, interprete Festo, *unguibus scindundo, rel cruentando*) hinc Ovidius amicam suam affatus:

Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos.
Non tibi nunc primum lux mea raptus ero.

Serpsit hoc malum latiùs, ùt ex Plutarch. de Consolat. ad Apoll. intelligere licet. Apud Heliodorum anus filio exequias celebrans lib. 9. Æthiop. *Gladium attollit, & brachium incidit, & sanguinem lauri surculo abstergit, eodemque rogum filii conspergit.* Et quid

multis

multis opus est testimoniis, cùm de Baalitis testimonium; 3 Reg. 18. v. 28. luculentum prostet, quô pertinet etiam locus Hoseæ c. 7. 14. Deus itáque prohibens Judæis incisiones *super mortuos*, omnem cultûs idololatrici speciem à Suis voluit procul amovere, & luctum intrà debitos coercere cancellos, & spem melioris vitæ ob oculos ponere, præprimis verò errorem de placandis per sanguinem humanum inferis ex animis Judæorum evellere. Nam verissimum est, quod scribit Menochius in 3. Reg. 18 *quòd amârit semper Diabolus pro suâ superbiâ nobilissimæ creaturarum sibi sanguinem in testimonium Divinitatis offerri: itáque vel humanas, inquit, requirebat victimas per sacrificia, quæ Moloch idolo offerebantur, vel cru-*

entis

entis aliis ceremoniis delectabatur. Qualis autē est consequentia: Deus noluit, ut Hebræi vel super loculum mortui vel propter ipsum mortuum more Ethnicorum cutem inciderent, nè vel in opinionem illam cum Ethnicis prolaberentur, Manes sanguine placari, vel etiam spes resurrectionis vacillaret &c. Ergò prohibuit etiam, nè Christiani ad refrænādas libidines corpus (nullo idololatriæ præsenti periculo) duriùs tractarent: Spectatum admissi risum teneatis amici.

Ex his satis patet, quid ad stolidum argumentum fatui hominis respondendum sit, quod p. 78 citato textu Deuteron. format *Quot quot filii Dei sunt, illi seipsos non debent incidere. Atqui & Judæi & Christiani filii DEI sunt, E. & Judæi & Christiani non debent*

debent ſe incidere &c. Nam præterquam, quòd Catholica Religio neminem corpus ſuum jubeat incidere, atquè ſic adverſus larvas pugnet, cur non etiam ita argumentatur ex eôdem verſu: quotquot filii Dei ſunt non debent facere calvitium inter oculos; Atque & Judæi & Chriſtiani filii Dei ſunt E. aut cur non ex immediatè ſubſequentibus tale ſtruit argumentum: quotquot filii Dei ſunt, non debent comedere immunda, Atqui Judæi & Chriſtiani ſunt filii Dei. E. & hi & illi non debent comedere immunda.

Ubi vides concluſionem falſam eſſe, & proinde neceſſario una ex præmiſſis falſa erit, jam non minor juxta Te, Ergò neceſſariò falſa erit major, quæ non ſcripturæ eſt, ſed inſani cerebri tui figmentum.

Quan-

Quanquam & minor admodùm ineptè informetur: Quis enim ferat dicentem, quod & Judæi & Christiani sint filii Dei? Plures responsiones ex antecedentibus facilè petuntur.

Num. 10.

Etsi verò aliàs auctor irrationalis Papatus sit admodum stupidus, illud tamen ex discuss. meâ p. 32. didicit, malè locum ex Prov. 24. v. 8 contra macerationes corporis à se adductum, atque hinc alium ex Prov. 11. v. 17. annectit: qui juxta textum Hebræum verbotenus ita sonat: *retribuens animæ suæ vir misericordiæ*, aut ùt Tremellius & Junius mavult, *benignitatis, turbans carnem suam crudelis.* Omnes verò interpretes, quotquot mihi ad manus fuerunt

per

per *crudelem* intelligunt homines avarum, qui juxta hanc paromiam turbat carnem suam, id est, ut iterum consentiunt interpretes, rationem nullam habet propinquitatis, nam notorium est, etiam juxta phrasin scripturæ sanguine nobis junctos vocari carnem nostram. Atque hinc optimè vulgata reddidit, *etiam propinquos abjicit*, quibus juxta Ciceronem *necessaria vitæ præsidia debentur maximè*. Aurea nimirùm regula est illa Hieroclis: *Cura propinquorum mensuram suam accipiet â propinquitate naturali, ut post parentes tantùm cognatorum cuique deferatur, quantum ad parentes propinquitas exigit.* Hoc ergo vult Salomon: Avarum pecuniæ parcere, non suis nec malis consanguineorum com-

commoveri, ut eos ſublevet; de alia afflictione corporis nec Lutherus quidem intellexit locum, qui ita eum germanicè vertit: Ein Unbarmhertziger betrübet sein Fleisch und Blut. Pulcherrima autem eſt conſequentia, & ejusmodi Philoſophaſtrô, qualis meus adverſarius eſt, dignissima: *avari homines ſunt, qui propinquis ſuis non benefaciunt. Ergò corpus in libidinem deſpumans non eſt debitè & prudenter caſtigandum.* Argumentum, quod rudis Architectus noſter ex textu Salemonis extruit, ità habet: *Quicunque propriis corporibus dolores inferunt, ij haud immeritò pro impiis & crudelibus reputantur. Atque Pontific. propriis corporibus dolores inferunt.* Ergo. At non innititur illud fulcris parabolarum Salomonis, ut jam an-

ante jnnui, nam ex gnome Salomonis tantum fluit ista propositio: quicunque propinquorum curam nullam habet, is & avarus & immisericors, non autem illa, quicunque corporibus suis dolorem inferunt, haud immerito pro impiis & crudelibus reputantur, quæ apertissimè falsa est. Nam, & qui jejunant, in laboribus vocationis suæ sæpe defatigantur, voluptatum usu sese interdicunt, dolores inferunt corporibus propriis, neque tamen impii, & crudeles sunt: cùmque id Spiritus S. exigat, ut corpus peccati, & ejus praxes mortificemus etiam ad corruptionem usque hominis externi modò *internus ille renovetur magis*, sicut ex epistolis Paulinis patet. Pulchrè Gerhard. Theodor. Mejer Helmstad. in Theolog. Moral. p. 92. *in*

sta-

ſtadio pietatis decurrit ſpiritualis non ſegniter, licet impetuoſa caro ſubinde curſum inhibere attentet ſcrupulos & remoras injiciat, quas ſtudiosè removet, nihil non & ferens & faciens ſuſtinet varios carnis impetus, eoſque maſculè elidit ſenſim, ità ejus vires infringens atque à licitis etiam abſtinet tantùm, ut NB. *carni ægrè faciat, eámque in ſervitutem ſpiritûs redigat.* Dum autem dicit ſe argumentum ſuum ex contextûs & locorum collàtione formâſſe, prodit ſorex ſeſe, quòd adhuc ignoret proverbia Salomonis eſſe eclogen optimarum ſententiarum, cujus generis eſt illa ex 1. Reg. c. 24. v. 15. in quibus nexus obſervari non ſolet, ut patet ex aliis ſcriptoribus orientalibus, qui in ſententioſo illo dicendi genere excelluerunt.

Num. 11.

Locum ex Esaiæ 58. v. 4. nihil quicquam facere contra corporis macerariones in discuss. p. 32. & 33. liquido ostendi, utpote in quô Deus Judæis exprobrat, quod non *sumant cibum usque ad vesperam, ut totum diem litibus forensibus impendere possint*, imò & debitores pugnô percutiant. Hic cùm malitiosus rabula mendaci ori frænum injectum esse cerneret, aliis præstigiator ille fucum facere voluit exclamans belle! quasi verò Judæi tempore jejunii tantùm abstinuerit à malefactis in alios; sed vanissime homo, non quæritur inter nos, an tempore jejunii proprium corpus Judæi afflixerint, sed an hæc corporis castigatio à Deo Isaiæ c. 58. v. 4. in Judæis reprehensa sit, istud affirmâsti in sche-

schedulis disputationis, ego negavi in discuss. & adversus ea, quæ attuli, nec hiscere quidem potuisti. Nec in 5. versu aliud à Deo vituperatur quàm malitiosum Judæorum jejunium & fictus pœnitentium habitus, ac alia externa humilitatis symbola, quibus jejunium exornabant, quamvis nihil quicquam ab usurariis pactis & pauperum oppressionibus remitterent, quod utique illaudabile facinus erat. An Judæi tempore jejunii manibus suis in corpus proprium sævierint, est in quæstione positum. Hoc scio circiter Anno Christi 476. Judæos admisisse inter ritus suos speciem flagellationum spontanearum, quæ ab aliis perpetrabatur, hodieque, ut Buxdorff. in synagog. Judaic. c. 25. docet, *bini semper in peculiarem scholæ*

 locum

locum secedunt, ubi alterum humi vultu ad septentrionem verso se prosternentem & peccata sua confitentem alter scuticâ vel cingulo excipit, eique 39 ictus infligit. Scio consentire Viros doctos Regi apud Judæos in eas leges, quæ de officio Regis scriptæ extabant, peccanti, inflicta verbera, quæ apud illos infamia caruisse, & à Rege in signum pœnitentiæ sponte excepta fuisse creduntur; tametsi verò jam ante 10. annos diligenter expenderim. quæ hâc de re leguntur apud Maimonid: Grotium lib. 1. de jur. bell. ac pac. c. 3. Salmasium in defens. reg: Samuelem Petitum, Schickardum, Seldenum aliósque, nunquã tamen ab omnibus difficultatibus me ad hunc diem expedire potui. Adeóque rem in medio relinquo. Illud verò non memini aliàs legisse

ſe, quòd propriis manibus corpus contuderit. Verùm hæc obiter. Noſter, ut Chymici vel ex pumice aquam eliciunt, ex quovis loco ſcripturæ argumentum formare didicit, quomodocunque etiam res cadat; nam illa cura eum ſolicitum minimè habet, modò inferat ſuicidium à Deo eſſe prohibitum, quo ipſô ſatis, ni fallor, oſtendit ſe *ad ſuiscidium* aptiorem eſſe, quàm ad ſcripturæ analyſin & formandos ſyllogiſmos. Sed audiamus augutum noſtrum ſyllogiſten horridè ſtridentem: *Quicquid Deus olim in Judæis reprehendit, illud malè hodie à Pontificiis ut imitandum proponitur*: Atqui Suicidium Deus olim in Judæis reprehendit. E. Dico (1) minorem eſſe falſam, nec à quoquam adhuc probatam, ſed (2) Nec major vera

 eſt:

est; nam & structura templi alterius, præter Hierosolymitanum à Deo reprehensa fuit, neque tamen malè hodie à Catholicis exemplum Helenæ Theodosii aliorumque, qui templa alia ædificârunt, imitandum proponitur: reprehensa quoque in V. T. à Deo fuit restitutio servi fugitivi, hodie tamen, credo, non delinquunt, qui fugitivos servos exemplo piorum multorum restituunt. Deus reprehendit in V. T. in obsidionibus urbium excidium arborum fructiferarum &c. E. hodie imitari non licet exemplum Herois Frideric. Wilhelmi Elect. Brandeburg. glorioss. qui non semel arbores &c. in obsidionibus cædi voluit. Uno verbo Deus sub veteri fœdere reprehendit transgressionem legis forensis & cæremonialis in omnibus

bus Judæis, facta tamen illa, quæ cum lege hac pugnant, hodie nobis licita sunt, & ab Ecclesia ad imitandum proponi possunt.

Num. 12.

Ventosa impudenti Aristarcho calumnia est, quòd Lutherum malæ fidei in versione, & auctorem disputationis (quæ putavi esse Pesarovium innocentem illam animulam an hydram lernæam?) supinæ negligentiæ in evolvendo textu originali ad Rom. 13. v. 14. arguerim. Et interim etiamsi aliàs perfricatæ admodùm frontis sit, negare non audet in græco expresse vetari, ne carnis cura habeatur &c. ubi, si vox in ptopria significatione accipiatur, manifestum est, id velle S, Apostolum, ut nullam habeant Romani providentiam aut

curam, quomodo futuro tempore cupiditates carnis explere velint. Nam v. 13. illis jam interdixerat Apostol. Comus, hoc est, *hilaritatis* & *lætitiæ* & *dissolutæ per intemperantiam vitæ congressus petulantiores*, qui commessationes dicuntur, ebrietatem & quicquid corpori fomitem libidinis suppeditare potest in præsenti. Si autem hoc loco per carnem intelligas propinquos, ut nonnemo haud obscurè innuit, Apostolus vult, nè parentes curæ pro suis ità immergantur & cumulandis studeant opibus, ut liberi iis ad cupiditates explendas postmodùm abutantur. Et si hæc explicatio hic locum haberet, comma hoc Apostolicum à præsenti disputatione esset alienum. Antagonista more solitô id est pueriliter & in-

eptè

eptè tandem ſubjungit argumentum ſequens: *cuicunque mediocritas in curando corpore præſcribitur, ille non poteſt corpus vulneribus & verberibus contundere: Ratio,* inquit, *hæc, quia eo ipſo non curam corporis gereret.* Atqui E. Reſp. de vulneribus non eſt ſermo aut conttoverſia, ſed de aliis corporis caſtigationibus, jam nega.ur, quòd ille, cui mediocritas in corpore curandô præſcribitur, non poſſit aliquo tempore corpus ſuum duriùs tractare. Nam ſi nobis eſſet præſcriptum medium in curando corpore, illud eſſet medium rationis, recta autem ratio in quibuſdam modum ſequendum dictat, in quibuſdam ad ſumma incitat, neque tamen propterea à medio recedimus rationis, dum ad ſumma aſpiramus, quod

potiſſimum fit in iis rebus, *quorum amplitudines*, ut cum Gellio loquamur, *nullis finibus cohibentur, & quæ quò majora, & auctiora, etiã tantò laudabiliora ſunt*. Sicut itáque à medio non deflectimus, dùm æterna bona vehementer appetimus, & æterna mala extremè formidamus, peccata graviſſimô odiô perſequimur, ità nec medium rationis tranſibimus, dum corpus ferociens & laſcivum, quando alia remedia irrita ſunt, ſeverius coercemus; optimam ſanè ille gereret curam corporis ſui, qui ut turpia & peccata expeditiùs fugiat, iſtud etiam ſeveriùs contunderet, & eò ipſo à medio minimè omnium aberraret. Nam eò ipſo rectè uteretur corpore tanquam inſtrumento animæ habito ad ejus finem reſpectu. Medici in omni-

omnibus rebus, quas non naturales vocant, mediocritatem præſcribunt. Pulchrè Hippocr. lib. 6. Epidem: *labores*, inquit, *cibi*, *potus*, *ſomnus*, *venerea ſint moderata*: Galeni quoque vox lib. 2. de ſanit. tuend. c. 2. eſt: *Omnia ſint moderata*; & Phocylidis teſtimonio: *Omnium rerum mediocritas optima eſt.* At verò ineptiſſimus mortalium eſſet, qui æqualia omnia omnibus præſcriberet. Nam quod uni ametron, illud alteri moderatum eſt, pro variâ ſubjectorum ſecundùm ætatem, ſexum, vitæ genus, anni tempora, & climata ac alias circumſtantias, varietate. Inde etiam non raro contingit, ut eadem res diverſo tempore poſſit eſſe uni eidemque moderata & immoderata. Jam ſi quis argumentaretur ità: cuicun-

quemedici mediocritatem in cibo & potu præſcribunt, ille non poteſt comedere ſingulis diebus 5. libras carnis & evacuare 8. libras potûs, quia alii medium obſervantes vix 2. carnis & 4. libras potûs evacuant. Conf. hic Pelleterii diſſertat. de heminâ & libra S. Benedicti, atqui hic vel ille etiam temperans &c. Facilè patet etiam me non monente quid ad majorem reſponderi debeat. Par verò eſto judicium de majori ſtraminei argumenti; quod quanti valoris ſit, antecedentia docent.

Num. 13.

Mente autem captus fuit, ut manibus palpare licet, auctorculus, cùm declamatiunculam illam p. 82. & 83. adverſùs ea, quæ de loco Paulinô ad Epheſ. 5. v. 29. à me

me in discussione sunt allata, pareret. Post aniles ineptias tandem experitur vires in formando argumento, *quod sequens est: Quicunque debent suum corpus nutrire & fovere, illi non possunt illud flagris ad sanguinem usque cædere: Atqui Pontificii per locum citatum corpus suum debent nutrire, & fovere.* E. Resp. (1) ad minor. mandatum nullum ad Ephes. 5. v. 29. contineri; cùm Apostolus tantùm dicat, quòd nemo unquam carnem suam odio habuerit, sed eam foveat & nutriat. (2) Negatur major, nam & parentes tenentur corpora liberorum suorum fovere & nutrire, nihilominùs flagris etiam ad sanguinem usque interdum illa cædere possunt. Nec probatur ex eo, quod per verbera, & flagellationes continuum solva-

tur; Nec enim vel Tyro in medicina ſcrat ità concludentem; per quod continuum ſolvitur, per illud nutritio deſtruitur; Nam lippis etiam & tonſoribus notum eſt continuum ſolvi per v. g. fonticulos, veſicatoria, urticationes, ſcarificationes, paracentheſes, herniothomiam, lithotomiam &c. Nemo autem mortalium unquam dixit, quòd per ejuſmodi chirurgica auxilia nutritio tollatur, quamvis à Neotericis quibuſdam quædā ex his ex alio capite rejecta ſint. Si verò propter ſanitatem corporis vel conſervandam, vel reparandam, quæ bonum admodùm fragile eſt, ejusmodi ſolutiones continui, ut cum adverſario loquar, omnibus conceſſæ ſunt, cur non propter ſalutem animæ, ſi caro recalcitret, ſolutiones continui,

quæ nec mortem inferunt, nec hominem mutilant, aliis non satis proficientibus tempore opportuno permissæ essent Christiano? Accedit, quòd nec verbera & flagella sanitati ipsi obsint, sed in multis morbis efficax remedium, ùt in peculiari opusculo multorum exemplorum farragine demonstravit Cl. Collega meus Dn. D. Paulini. Nisi igtur peponem pro cerebro geris, vides, quòd non sint allotria, quæ de amputatione membrorum medica & Christiana dixi. Benè verò consuluisses Tibi, si de nutritione nè verbum quidem addidisses, nam mera inscitia est, quando nutritionem esse dicis *continui conservationem*, cùm nemo Doctorum ità hebes sit, quin intelligat, per nutritionem partes fluidas, quæ faciliùs consumuntur,

tur, perpetuò reparari, ut in sufficienti quantitate ad corporis molem irrigandam præsto sint. Sed hac de re ex professo & distinctè in tractatu de animalis oeconomiâ brevi fortè edendo disputavi.

Num. 14.

Monui p. 34. in discus. S. Apostolum ultimis versibus cap. 2. Epistolæ ad Coloss. loqui non de falsis Apostolis, sed de Philosophis & potissimum Pythagoricis: hîc dictatoria autoritate mendacissimus sophista, *certum*, *inquit*, *omnino est*, *quòd Apostolus de Pseudo-Apostolis loquatur. Loquitur enim de urgentibus circumcisionem*, *typos*, *certa ciborum genera*, *festa &c. quale quid utique Pseudo-Apostoli volebant.* H. J. ô quàm sapienter! ubi vel syllaba occurrit in

ulti-

ultimis verſibus de circumciſione, typis, feſtis? Quod v. 16. & 17. unâ clauſulâ comprehenderit Apoſtolus Judaizantes & Pythagorizantes nemo negat, Res etiam ipſa loquitur, quod v. 20. & 21. Simonis Magi Deum inviſibilem eſſe & inacceſſibilem, Angelis proinde internuntiis opus eſſe, hosque rogandos, non autem Chriſtum, qui purus homo &c. ſit, aſſerentis inſaniam exploſerit. At verò, quòd ultimis verſibus in Philoſophos invehatur, niſi Talpâ cæcior fuiſſet tumidus Doctorculus, ex ipſo textu potuiſſet colligere. Decreta enim illa: *nè tetigeritis, nè guſtaveritis, nè contrectaveritis*, quorum priora illa ad cibos pertinebant, poſterius verò illud ad vitandas fœminas, ſcita vocat, ſi vim vocum in fonte attẽdas, quæ

quæ legibus humanis & à Philosophis præcipiuntur: jam autem circumcisio, typi, festa Deum ipsum habent auctorem, non autem Philosophos, quorum monumenta si unquam deceptor ille fraudulentus & idiota crassissimus evolvisset, omnino sciret, Pythagoræos frequenter abstinuisse vino, & multò pluribus, quàm Judæos, cibis, fœminis verò semper quod certis tantum temporibus Judæi faciebant. Hinc rectè Tertullianus adversus Marcion. negat hunc locum ad Judæos pertinere. dũ ad Gal. 2. locũ paralelũ occurrere dicis supinã negligentiam scrutieâ expiandam prodis! Nec res exigit, ut vel verbulum addam, cùm quisque textum inspicere possit. Eâdem industriâ initio §. locum ex epist. ad Coloss. Momus

mus hic allegavit. Jam Pythagoræis hisce Apostolus tribuit apheidian corporis, quam non intellexit adversarius. Vox illa cum ab apheidein descendat, hujus significatio evolvenda erit. Quod facilè fit, respiciendo ad ei oppositam vocem pheidestai, hæc autem significat mollieer habere, teste virô in Græcis versatissimo, erit igitur corporis apheidia durior, seu non mollis tractatio corporis, aliqua corporis noxa, jam autem p. 83. ipsemet egregius noster disputator fassus erat, se pro molli corporis curâ non depugnare. Si autem hoc verum est, ipsemet apheidian corporis probat: sed per me licet, deducatur etiam vox nostra à pheidomai, quod, teste Polluce, est parco, cum à privativo ad verbum notabit non parsimoniam, nihil in-

inde lucrabitur Andabata, cum statim S. Apostolus explicet vocem illam subjiciens: non *in honore ad satietatem carnis*: hoc est, corpus fraudant necessario subsidio, quo saturari potest. Nam honor in scriptura significat subministrationem earum rerum, quæ ad victum & cultum corporis requiruntur, ut constat ex Matth. c. 15. Marc. 7. 1. ad Corinth. c. 12. v. 13. 1. Tim. 5. v. 17. adeoque in loco ad Coloss. non agitur de flagellatione. Hoc pensi non habens format sequens argumentùm: Quicquid à Pseudo-Apostolis est observatum & in eis à Paulô reprehensum, illud etiam meritò in Pontificiis rejicitur. Atqui apheidia &c. Erg. quod major non sit universalis patet ex eôdem versu, in quò S. Apostolus in Pythagorizantibus illis

etiam

etiam notat tapeinophosinin; hanc certè in Catholicis nemo reprehendet, cùm ipſe S. Apoſtolus ad Epheſ. 4. v. 2. fideliter obſecret, *ut ambulent dignè vocatione* cum omni humilitate. Antequam ab hâc controverſiâ recedo, non poſſum non monere, quòd ex miſerrima hâc & elumbi contra macerationes corporis diſputatione pateat, auctorem ejus verſari in hâc opinione, quòd omnes Catholici omni tempore ex præcepti neceſſitate ad ſuſcipiendas carnis macerationes aut, quod ille mavult, flagellationes, obligati ſint, nam niſi hac anili perſuaſione faſcinaretur, non video, quomodo vel cerdoni perſuadere anniteretur, auſteritates ejuſmodi ex hôc capite eſſe rejiciendas, quod corpori non tribuatur honor, illud

non

non nutriatur & foveatur, Nam ex ima plebe paterfamilias, modò non ſit mente captus, reſpondere poterit, ſe non credere, quod eo ipſo degenerum filiorum corporibus honorem *ſenſu ſcripturæ* non tribuat, aut eadem non nutriat & foveat, etiamſi aliquoties in anno flagris ſatis duriter eadem cædat. Inter mille Catholicos vix unum reperies, qui per multos annos vel ſemel corpus ſuum flagellet. Ego ſanè nunquam me flagellavi, nec flagellabo, quia Catholica Eccleſia hoc ſub præcepti neceſſitate á nemine exigit; abſit vero, ut alios, qui hac ratione ferocientes carnis ſtimulos retundunt, ulla ratione damnem. Interea nè merita Te laude fraudem, vel tuus conatus exterminandi jejunia & corporis macera-

tio-

tiónes efficit, ut Te inter philautos Philonis Judæi adoptem, quos in libr. *Quod deterius potiori insidiari soleat*, itá p. m. 161. introducit loquentes: *Annon domus animæ corpus est! Quin igitur hanc domum, nè collabatur, curamus? Annon oculus & aures & reliquus iste chorus sensuum animæ tanquam satellites & amici sunt? Ergo socios non æquè ac nos honorabimus? Quid voluptates delicias totiusque vitæ oblectamenta mortuisnè aut nondum natis aut potius viventibus natura condidit &c. H. l.* Sed quæso inspice sequent. & sophisticas strophas tuas agnosce.

Num. 15.

In spissis & malitiæ & ignorantiæ tenebris infelicem Disputato-

rem

rem nostrum versari etiam luculentè probat argumentum de vigiliis. Cùm enim allata á me sole clariora nullis obscurari possent technis, ad incitas redactus non tam ipsas vigilias sed finem vigiliarum nostrarum vitiosum esse contendit. Fingit enim p. 86. vigilias *à Monachis & Monialibus* tantùm *observari ea de causa, ut animæ in purgatorio sudantes eripiantur cæloque inferantur, vigilantes autem aliquod opus meritorium faciant.* O vigilantis somnia! O ignorantiam! O væcordiam! Multiplices nostri Doctores quidem allegant causas vigiliarum, sed mihi hic fas sit potiores breviter excerpere; (1) Docent vigilias celebrari, ut recordemur tenebricosæ vitæ prioris, quâ Regi tenebrarum mortales ser-

ſervierunt, & Deum ſuplices exoremus, ut earum memor non ſit: ſed nos illuminet. Abbas Drogo in tract. de horis Canonicis quærit, *cur nocturnis vigiliis orandus eſt Dominus?* & reſpondet, *ut gladio verbi ſui invisibiliter penetrantis opera vitæ noſtræ prioris tenebroſæ in nobis percutiat & annihilet, quod per Ægyptiorum primogenita ſignificari novimus, in quibus Pharaoni, ideſt Regi tenebrarum captivati ſervivimus. Qui enim facit peccatum, ſervus eſt peccati. Dum enim propriis obediremus voluptatibus, maliginis ſpiritibus excœcati obedivimus, nunc autem converſi, & facti lux in Domino ante ipſum vigili intuitu pernoctantes id etiam poſtulemus, ut ipſum fide cernamus, qui per Iſraelis primoge-*

nita signabatur, quia prima est & fundamentum omnium virtutum. H. J. (2) ut Diaboli tentatoris technas, & retia tantò feliciùs pii evadant. Nam juxta sententiam S. Ambrosij in Ps. 118. verba illa: *memor fui nocte nominis tui: cùm somno & cibo fervent corpora, tunc etiã vigor mentis sopore laxatur & somno resolvitur, tunc irruit impuri libido concubitus, tunc perturbatur, ac squalorem immunditiæ non veretur, castitatis puritas non consideratur.* Istæ autem insidiæ & tentationes faciliùs vigiliis superantur. (3) Ut jugiter memoria nativitatis Christi conservetur, & adventûs ad judicium spes alatur. Hoc enim tempore, ut iterum cum pio scriptore loquamur, *dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium*

iter

iter haberet, Omnipotens Dei sermo à regalibus sedibus veniens pro salute nostra de virgine nasci dignatus est: atque ipso eodem tempore, quo judicandus venit in primo adventu, in secundo cum gloria judicaturus adveniet sicut fur in nocte, quocirca ad vigilandum ipse pro nobis solicitus nos exhortatur, beatos fore promittens; quos invenerit sic facientes. Nocte itaque ait Lactantius div. institut. lib. 7. c. 16. *Vigilias celebramus propter adventum Regis ac Dei nostri.* (4) Causam vigiliarum, quam nostri allegant, proponimus verbis Ambrosii: *pernoctabat in oratione Dominus Jesus non indigens precationis auxilio, sed statuens Tibi imitationis exemplum. Ille pro Te rogans pernoctabat, ut Tu disceres, quomodo pro Te rogares.* Dum

ergo vigilias nostri celebrant, Christi exemplum imitari cupiunt, imò & præcepto ejus satisfaciunt. Nam Gregor. Nyssen. Orat. 11. in Cantic. *Unum quoddam, ait, de magnis Christi præceptis esse, debere nos somno minimè addictos esse, quicunque ad vitam supernam respicimus.* (5) Quia S. V. & novi testamenti nobis suo præluxerunt exemplo. Samuel 1. Reg. 15. clamavit ad Dominum *tota nocte.* Isaiæ 26. v. 9 ita sonat, *anima mea desideravit Te in nocte, sed & in præcordiis Spiritu meo de mane vigilabo ad Te.* Præprimis verò David nocturnæ devotioni deditissimus fuit, ut constat ex Ps. 21. 76. 101. 118. Ubi *memor*, inquit, *fui nocte nominis Tui*, & iterum: *media nocte surgebam.* Sibique hodie dictum putant illud

ex

ex Psal. 133. *in noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.* Nec non illud S. Apostoli: *in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei Ministros,* tum in aliis, tum etiam *in vigiliis.* S. etiam Petrus 1. Epist. c. 4. omnes ita alloquitur: *Vigilate in orationibus.* (6) Quia ipsimet Gèntiles tacito naturæ instinctu agnoverunt noctu colendum esse Numen, tametsi, quod dolendum, non vero Deo, sed idolis suis hunc honorem exhibuerint. In honorem *Veneris* pervigilium *trium noctium* fuisse ex antiquis carminibus apud Lipsium in electis lib. 1. c. 5. liquet. *Fortunæ pervigilium* Suetonius in Galbâ commemorat. Indi media nocte surgebant ad celebrandum solem, si credimus Philostrato. Minerva

etiam vigiliis ab Ægyptiis culta eſt teſte Themiſtio orat. 13. Seneca Veſtales propter ſacra nocturna laudat lib. de Provid. c. 5. Quod ergo Gentiles tempus Deaſtrorum latriis conſecrarunt, meritò nos Chriſtiani S. Trinitatis cultui impendimus. Hæ & aliæ cauſæ plures à noſtris adducuntur.

Inſigne autem perfidiæ ſpecimen exhibuiſti p. 86, in citando Durando lib. 6. Ration. Divin. Officior. c. 7. Excutiantur omnes hujus capitis ſyllabæ & apices, non jota occurrit ullum, unde dædalæâ opera exſculpere poſſes, vigilias obſervari ea de cauſa, ut animæ in purgatorio ſudantes inde eripiantur. Sed hâc perfidiâ adhuc major eſt ſtultitia illa & malitia, quâ hoc taxat Nugator, quòd apud Catholicos Monachi & Monia-

niales tantùm Vigiliis nocturnis vacent. Ferendum hoc esset, si apud Lutheranos, Concionatores & omnes utriusque sexûs nocturno tempore ad templa concurrerent, & hymnis beneficia Numinis celebrarent; jam verò cùm illi altum stertant, nec ab amplexu Conjugum per has devotiones avelli se sinant, nec horum quenquam hæ curæ teneant, admirabilis est stultitia carpere velle, quòd non æquè omnes Catholici stertant indomitum, sed aliqui nocturnas horas in colendô Numine transigant. Adde quòd pervigilium nativitatis & Paschæ adhuc à Catholicis cum insigni devotionis fervore celebretur. Durandus in eo, quod citas capite p. m. 501. testis est, quod suo tempore Romæ & in plerisque locis

in magnis festivitatibus populus *in Dei laudibus in Ecclesia vigilet*. Inde vides, quàm pueriliter addideris p. 87, *ad peragendas vigilias à nobis viduas non admitti*. Quis illas unquam ab his arcere voluit? Et si vigiliæ antiquæ propterea desiisse dicendæ sunt, quòd non omnes utriusque sexûs promiscuè hodie singulis diebus ad devotionem nocturnam concurrant, qui olim huic intereant; etiam sacra Eucharistia desiisse dicenda est, quia hodie infantes, quibus olim, ut notum est, ea dabatur, ad eam non admittuntur. Sed quid immoror his vecordis Doctorculi nugis? Et sanè non adderem verbum, nisi admodùm confidenter p. 90, ut imperitissimorum mos est, garriret, *antiquas illas vigilias ab Ecclesia abrogatas, & eliminatas,*

quia

quia varia scelera in earum celebratione committebantur, quia ab hominibus tantùm adinventæ in scripturis non reperiantur. De ultimo hoc non adjiciam sylabam, quia futile hoc assertum jam in antecedentibus confutatum est. Nec prius istud meliori nititur fundamento. Verè enim cum pientissimo, & eruditissimo scriptore affirmare possum : *lego quidem in Concilio Elibertino Can. 35. sub Marcello primo, tertio post Christum natum seculo, vel, ut alii malunt, sub Sylvestro vetitum, nè feminæ in cœmiteriis pervigilarent, eò quòd sæpe sub obtentu orationis scelera latenter committerent, at sublatas ab Ecclesia vigilias apud antiquos scriptores nusquam lego. Nunc autem in hac senescentis seculi fœce refrigescente charitate sub-*

 latæ

latæ sunt quoad Laicos vigiliæ, cujus tamen Pontificis decreto hoc factum sit, non invenio. Tomo 3. Conciliorum editionis Coloniensis extat de hac re Canon Concilii Valentini, quod in Hispania celebratum est A. 1322. Sed quia Ocumenicum non fuit, universalem Ecclesiam obligare non potuit, &c. Et sanè nec ab Ambrosio, quod serm. 25. ad fratres in Eremo malè S. Augustino adscriptus vult, nec à Bonifacio, ut vulgò putatur, vigiliæ fuerunt abrogatæ. Non ab illo, quia in epist. 54. Tom. 5. oper. (p. m. 315. edit. Paris.) ad Soror. affirmat in inventione corporum SS. Gervasii & Protasii Martyrum vigilias *tota nocte* celebratas, & Paulinus in vita ejus testatur, ad sua usque tempora devotionem hanc per omnes occidentis partes man-

mánſiſſe. Nec à Bonifanio, nam poſt eum vigilias uſitatas fuiſſe conſtat ex ſermonibus Leonis M. Papæ ſcilicet ſerm. 1. 2. 4. 5. 6. 7. & 8. de jejun. ſeptimi menſis. Seculo VI. præcipitante circa tempora Pelagii PapæMatiſconæ duæ fuerunt ſynodi, poſterioris autem hujus Can. 1. ita ſonat. *Noctem quoque ipſam, quæ nos inſperatæ luci inacceſſibili reddidit, ſpiritualibus exigãus excubiis, nec dormiamus in eà, quemadmodũ dormitant, qui nominetenùs Chriſtiani eſſe noſcuntur, ſed oremus, & vigilemus ſacris operibus, ut digni habeamur in regno cohæredes fieri ſalvatoris.* Antiſiodorenſe Concil. 5. Can. 5. tantùm improbat vigilias, quæ *anili ſuperſtitione* fiunt. Peccata illa cum ſexto præcepto pugnantia nihil quoque ſanctitati vigilia-

rum detrahunt, quia homines, ut optimè S. Hieronymus adverſ. Vigilant. *absque vigiliis poſſunt errare, vel in ſuis vel in alienis domibus. Apoſtolorum fidem Judæ proditio non deſtruxit, & noſtras ergo vigilias malæ aliorum vigiliæ deſtruent?* Fatendum tamen eſt, quòd deinde tacita conſuetudine vigiliæ antiquæ majori ex parte, quoad Laicos, minimè verò quoad Religioſos fuerint abrogatæ; dico majori ex parte, quia ubique ferè pervigilia Nativitatis, & Paſchatis &c. hodie à Laicis etiam celebrantur. Et hoc nec aliud vult Bellarmin. lib. 3. de cultu Sanctor. non capite 16. ut adverſarius citat, ſed c. 17. ſive ultimô. Et hinc facilè patet, quid ad conſectaria, quæ ex Bellarmini verbis deducit, reſpondendum ſit; Nempe

pe falsissimè præsupponit vigilias antiquas ex toto abrogatas esse; sicuti constat ex anteced. sublatæ sunt ex parte quoad Laicos, non quoad alios: certè hodie vigilatur in Ecclesiis quotidie, licèt non omnes illi concurrant modò, qui antiquitùs concurrerunt. Conciones antiquæ servantur, licèt non semper ad audiendam concionem confluant omnes, qui olim; & sic in aliis res sese habet. Sophistica itaque est cavillatio planè Achilli huic conveniens: Si antiquæ vigiliæ quoad Laicos in plerisque anni diebus sublatæ sunt, ergò vigiliæ, quas hodie celebrant nostri Sacerdotes, non sunt eædem cum antiquis. In urbibus munitis antiquæ servantur vigiliæ, licèt vigiles non semper sint iidem, sæpe enim fit hodie, ut

cùm cives antea his defuncti, jam illud muneris obeant milites. Eâdam temeritate infert ex falſo præſuppoſito hoc: Vigilias à Deo plantatas non eſſe: ſi enim inquit *à Deo plantatæ fuiſſent, malè Eccleſia plantam Dei eruiſſet.* Nam ut priori reſponſioni non inhæream, ſi vel maximè eſſent abrogatæ (quod tamen non eſt factum) vigiliæ, hinc nihilominùs inferri non debere. E. à Deô plantatæ non ſunt. Communio bonorum, agapæ &c. in primitiva Eccleſia Deum ipſum omnino habebant auctorem, nihilominus auctoritate Eccleſiæ in deſuetudinem abierunt. Ferulâ verò caſtigranda eſt malitia hominis, qui vigilias primitivæ Eccleſiæ ex Ethniciſmo in Eccleſiam derivatas eſſe ſcribit, uſus auctoritate Polydor. Virgilii.

gilii. Nunquid autem Paulus Act. xx. sermonem usque in mediam noctem protrahens imitatus est Gentiles? Et quorum quæso Gentilium? Certè non Romanorum; nam hinc Christianorum vigiliæ variis calumniis fuère obnoxiæ, quòd antiquissimis XIII, tabularum legibus nocturna sacra essent prohibita. Porrò nec omnia dicta nec facta Gentilium esse rejicula, imò quædam etiam imitatione digna discere poteris etiam ex Hugonis Grotii *Prolegomenis in prolegomen. ad dicta Poëtar. quæ apud Joh. Stobæum extãt.* Optimè autẽ mendacis Virgilii auctoritate fabulator noster suas nœnias roborat. Hoc operculum tali patellâ dignum erat.

Num

Num. 16.

Improbitatem ex Doctrina Lutheri fluere omninò ego asserui, & adhuc hodie affirmo: sed cùm ità insaniat Adolescentulus, ut nullis evidentibus testimoniis aliorum imbecillis ejus ratio emendari possit, nisi Lutheri, quem ùt idolum aliquod veneratur, is ipse veritatis à me defensæ testis adsit: Ejus autem verba accipe: Es wird die Welt aus dieser Lehre (loquitur autem de doctrina sua) nur je länger / je ärger. Jetzt seynd die Leute mit sieben Teuffel besessen / da sie zuvor mit einem Teuffel besessen waren. Der Teuffel fähret jetzo mit hauffen in die Leuthe / daß sie nun unter dem hellen Licht des Evangelii sind geitziger / listiger / vortheiliger / unbarmhertziger / unzüchtiger / frecher / und ärger / dann zuvor unter dem

Pabst-

Pabstthumb. Hæc Lutherus in der Hauß-Postill Edit. Jenens. NB. An. 1559. Et in Tom. 6. Altenburg p. 1285. Wir sehen jetzt zu unser Zeit vieler Leute Exempel/ welche nach dem sie das Evangelium gehöret/ werden sie nun viel ärger/ denn zuvor. Et Tom. 7. Altenburg. p. 473. ità loquitur: Wir/ so das Evangelium angenommen/ und sich des Wortes rühmen/ erfüllen den Spruch Rom. 2 GOttes Nahmen wird durch euch unter den Heyden gelästert/ viel leben nicht anders/ denn als hätte GOtt sein Wort darumb uns gegeben/ und vom Pabstthumb sambt seiner Teufflischen Gefängnus erlöset/ daß wir möchten frey thun/ und lassen/ was uns gelüstet/ rc. Abi nunc, & perfrica frontem, & porrò cum loquacibus & garrulis tuis Doctoribus assere

ſere ex Doctrinâ Lutheri non fluere improbitatem. Quàm ipſe Lutherus ſemper in pejus profecerit, filum ariadnæum doctrinæ ſuæ ſecutus ipſe ediſſerit in Ration. meis ſelect. p. 78. & ſeq. Multa alia eáque tali heroe digna, ſi laceſſitus fuero, occaſione data adducentur: quamvis non leve ſit periculum, nè honeſtæ aures obſcænis illis offendantur, licet illa, quæ in R. S. allegavi, jubare ſuo Luſci hujus oculos ità perſtrinxerint, ut conſultius duxerit potiùs quicquid in buccam venerit, effutire, quàm allegando mea ſuæ nocere cauſæ. Laſcivit verò admodùm pueriliter, dum nexum doctrinæ Lutheranæ à ſe diſcinctum eſſe omniáque diſcuſſa gloriatur. O juvenis, illam doctrinæ Lutheranæ connexionem, quam à pag.

16. Rat.

116. Rat: mear: Select: usque ad p. 36. prosecutus sum, nè verbo quidem attigisti, & hanc solidè discingere est onus tuos humeros, & lacertos longè superans, & propterea miseret me tuæ stultitiæ & thrasonicæ jactantiæ, quã ut ubiq; ita p. 92. & 93. prodidisti. Certè regnat hodie impietas ubiq;, sed illa, quæ in Lutherano cœtu apicem attigit, hoc habet peculiare, quòd fluat ex doctrina Lutherana. Etenim primarius istius Religionis articulus peccatis non modò pœnam non statuit, sed etiam præmium promittit; nam sola fides ex illius tenore justos salvósque facit sinè operibus. Imò eò usque impurus sectæ auctor progressus, ut dicat, plenum *catalogum verorum peccatorum, cujusmodi sunt paricidium, blasphemia aper-*

aperta, Dei contemptus, adulterium &c. Te habere oportere, *si modò à Christo juvari cupias &c.* In Colloquiis Islebienſ. de peccato; ut prætermittam iſta loca, in quibus ad ravim uſque decantat, eum, qui credit, non poſſe ſalutem ſuam perdere, *etiamſi velit, & millies uno die fornicetur*, nec non illa, in quibus inculcat, Chriſtum non facere ſalvos, *niſi eos, qui peccant fortiter &c.* At cujúſcunque doctrinæ caput primarium peccatis non modò pœnam non ſtatuit, ſed etiam prœmium promittit, ex illa ſinè omni dubio omnium vitiorum ſordes tanquam ex fonte ſcaturiunt. Nullæ uſpiam Doctorum Catholicorum querelæ extant, quòd ex doctrina Catholicorum ubivis recepta peccandi licentia manet. Et ſanè emotæ men-

mentis homo ſit, qui non intelligit dogmata de confeſſione, jejunio, maceratione corporis, neceſſitate bonorum operum ad ſalutem &c. homines à libidine peccandi ſtimulis ſatis acribus revocare. Quapropter, niſi ſtipes & truncus es, quantum ſit inter piorum Catholicorum & Lutheranorum de improbitate ſuorum conquerentium planctus diſcrimen facilè videbis, & amarulentiam rudis Tui calami ac malitiæ, ſi mica Tibi bonæ mentis eſt ſeriò & cum lachrymis deprecaberis. Quanta apud Catholicos legendarum, viſionum, revelationum &c. ſit auctoritas, ſi non ex Concilii Africani decreto 83. S. Auguſtin. de unitate Eccl. c. 19. Melchiore Cano lib. XI. cap 6. Bellarmino lib. 5. de verbo Dei cap. IX. didiciſti, po-

potuisses, nisi pigrities obstitisset, & Tua & Tuorum Doctorum, cognoscere vel ex Gerhardi Confess. lib. 1. part. 2. cap. 16. potuisses ubi judicia Catholicorum de legendis adducuntur. Et si quis ex illis argumenta petiit, profecto ista non pro apodicticis, sed Dialecticis, & Rhetoricis venditaverit. Suô abundat quisquis hic judicio. Ecclesia enim Catholica non decrevit iis indubitatam præstari fidem aut ex illis argrmenta formari debere.

Num. 17.

Nondum Adversario satis probant rabiem Lutheri, quæ à me adducta sunt in discuss. p. 40. Nè verò hic aliqua de hypotheticis propositionibus, quarum vim aliàs non intelligis, ut video, somnies

ecce,

ecce, quàm inhumanam prorsus rabiem in eodem, ex quo illa excerpsi, libro, daß das Pabstthumb vom Teuffel gestifftet sey / qui occurrit in Tom. 7. Witteb. 8. Jenens. & Altenburg. spirent seqq: Ogreifft zu Kayser / Könige / Fürsten / und Herren / man nehme dem Pabst alles / was er hat / hernach soll man ihn den Pabst / Cardinal &c. nehmen / und ihnen die Zungen hinten zum Hals heraus reissen und an den Galgen nageln an der Reyhe her: wir wollen den Pabst mit Füssen treten ꝛc. Ut immania alia convitia prorsus scurrilia præteream, audi seqv. Wer dich Esel-Schützen und Bachanten mit Ruthen striche / daß dir das Blut vom Arsche flüsse: bringt her Ketten und Strick / Fessel und Stock / wir haben hier einen rasenden unsinnigen Narren den tollen Pabste Esel. Jungfer Päbstlin /

Päbstlin / bist du da zurissen / so flicke dich der Teuffel und seine Mutter! *Satanissime Papa*: Wenn ich Kayser wäre / wolte ich Pabst / Cardinal &c. zusammen koppeln / und in ein Wässerlein drey Meilen von Rom / das heist Lateinisch Mare Tyrrhenum einsetzen / und baden. Non dicam, quam insanam commentus fuerit figuram, dum Papam sistit in sede decumanis asini auribus præditum, quem diversa Dæmonum obvallant monstra, aliique ex his cor vorant, alii implexum funibus ad hiantis fumantisque inferni barathrum abstrahunt. Alibi eundem porcæ mammosæ impositum sinistraque oleum præferentem, dextrâ populo benedicentem exhibet. Profectò nihil ab infimo scurrarum, & rabiosis ipsis fingi procudique potest

tripudiosiùs. Bulla quam stolidè contra Episcopos Lutherus Ptocho-Tyrannus promulgavit, ità sonat Tom. 2. Witteberg. latin. fol. m. 342. *Omnes, quicunque eò rem, honorem, sanguinem, vitam impendunt, ut hi Episcopatus pompatici & aulici tam remoti & alieni ab omni functione Apostolica, præsertim ministerio verbi, totùmque hoc satanicum regnum evertatur, & extinguatur, hi sunt filii Dei, & veri Christiani &c.* An quæso vel pilo absunt à furore immanissimo illa p. 83. in Ration. select. citata Lasset euer Schwerdt nicht kalt werden von Blut / schmidet bancke auff dem Amboß nihmroth &c. omitto ex certo consilio sexcenta alia, quibus Apostata Monachus vovet, ut vel igne cælitus missò omnia comburantur Monasteria,

vel Catholici miserandis deleantur modis. Quod discrimen Lutherus inter seductores & seductos observàrit in diabolicis insectationibus pulcherrimè ex glossa ad edictum Cæsareum ab adversario citata elucescit. Nam etiamsi apertè affirmet à se Cæsarem aliósque Principes venenatô suo calamo non peti, facto tamen contraria est ejus potestatio, ac sanè apertè declarat, nunquam sibi venisse in mentem fictum illud inter Catholicos discrimen. An ignota sunt verba, quæ in Gloss. Lutheri inveniuntur: Heist sich das nicht fein in die Backen gehauen/ und sich in der Weisheit beschissen? Sie liegen als die Bösewichter. Ein recht ertzt Bubenstück/ ein schändlich/ und lugenhafft Edict. Müssen wir alles glauben / was die Teuffels-

Mäu-

Mäuler speyen därffen? drumb sol- ten wir Christen dis Edict allesambt mit gantzen Hertzen verdammen / als eine Teuffels-Lästerung / und spre- chen: Verflucht sey beydes Edict, und sein Tichter dazu / Amen. Hæc p. 546. Tom. 5. Altenburg & p. 551. Hie siehest du / daß die verzweif- felten Buben / und Bösewichter aus lauter Frevel und Muthwillen mit uns handeln. Das heissen mit Ur- laub grosse Esels-Köpffe. Audi ra- bidi hominis Lutheri Tui simili- tudinem de congregatis A. 1530. Principibus in comitiis Augustan. quam habet p. 553. gleich als wenn das hochgelehrte durchlauchtige wei- se Viehe die Säue auff ihren Reichs- Tag beschlossen: wir Säue gebieten / daß niemand halten sol / daß Musca- ten-edel-Wurtz eben so weislich han- deln hie auch unsere hochgelehrte und

durchlauchtige Säue zu Augspurg: Quàm parvi Augustissimum Cæsarem Carolum etiam longè ante, cùm nondum beluino more esset ultra omnem modum efferatus, fecerit, patet ex scripto adversus duo mandata Cæsarea. Tom. 2. Altenb. p. 762. Nam expressè schändlich/inquit, lautet es/ daß Käyser nnd Fürsten offentlich mit Lügen umbgehen/das müssen ja truncke-ne und tolle Fürsten seyn. & p. 771. der arme sterbliche Madensack der Kayser tolle/ thörichte/ unsinnige/ rasende/ wahnsinnige Narren &c. Ità ferus hic aper & rabidus canis omnes sinè discrimine invadit, omnes Catholici Reges, Principes, Episcopi &c. Ipsi sunt perditissimi & nequam, stolidi &c. Sed de his paulò pòst plura.

Num. 18.

Lutheri ſanguinolenta conſilia ſinè bile expoſueram in Rat. meis ſelectis; ut ſævis illis colorem aliquem mutuaretur Rabula imperitus, dixerat in diſput. locutum eſſe tantùm de iis Lutherum, qui bello Lutheranos infeſtabant, Reſpond. in diſcuſſ. p. 41. prætextum hunc quavis palcâ eſſe leviorem; Tyronibus in hiſtoriâ conſtare *vivente Luthero ad arma propter Religionem deventum non eſſe*; hinc cautior quodam mòdò redditus evadere conatur novo quæſito effugio p. 99. ſcilicet, quòd inter Georgium Ducem & alios conſilia de bello inferendo fuerint agitata, & quòd *fœderis hujus mentionem* faciat Luther. Tom. 3. Jenenſ. german. fol. 514. *Itaque* inquit, *Lutherus his verbis indi-*

ravit, quid tempore belli (quod ut indiceretur jam fœdera inita fuerant) faciendum sit! Proh Deum immortalem, quanta est hominis ignorantia! Omnes istius temporis scriptores hoc narrant Ottonem Paccium Georgii Ducis Consiliarium hominem versutissimum finxisse tabulas fœderis, quod Ferdinandum Regem Bohemiæ, Albertum Archi-Episcopum Moguntinum, Joachimum Electorem Brandenburgicum, Matthæum Salisburgens. Archi-Episcopum, Wigandum Bambergensem, Conradum Wurzburgensem Præsules, Georgium Ducem Saxoniæ, Guilielmum & Ludovicum Bavaros Vratislaviæ die Lunæ post Jubilate An. 1527. iniisse persuadebat Landgravio Georgij Genero; At impostor Paccius fraudis convictus,

ctus, Hassiâ pulsûs, & annitente Georgio Duce in Belgio securi percussus est. In ipso examine Paccio fuêre ostensæ literæ manu suâ ex Hassia ad D. Simonē Pistor. datæ in quibus Landgravium accusabat, quòd turbas moveret ex formula fœderis stolidissimè & nequiter conficti. Plura huc facientia deprehenduntur apud Hortlederum vol. 1. de bell. german. lib. 2. à cap. 1. usque ad X. Seckendorff. lib. 2. histor. Lutheranis. sect. 13. Cochleum, Fabric. aliosque plures. Et quod omnes pueri norunt, illusum esse technis Paccianis juvenili Landgravii ardori, illud hic sapientiæ opinione tumidus Doctor Theologiæ ignorat. Si autem nullum fœdûs de Lutheranis debellandis inter Principes illos unquam sancitum est,

quomodo Lutherus potuit ſuos inſtruere, quâ ratione in bello ex lege fœderis à Catholicis contra Lutheranos movendo interficere noſtros debeant? Alia prorſus aproſdyoniſa & craſſa errata in hiſtoria libenter hujus homins pueritiæ condono. Enim verò non tantùm hiſtoriam, ſed etiam principia Chriſtianiſmi ſe ignorare prodit, dum imprecationes Lutheri diras illas & horribiles excuſat exemplo Davidis, & adhuc intolerabilius peccat, dum addit: *meritò Lutherum dira Catholicis imprecatum, quòd à Deo eſſent averſi, ejus gloriæ detraherent &c.* At quid de Chriſti præcepto ſit *diligite inimicos*, & quid ſibi vult illa objurgatio Diſcipulorum, *neſcitis, cujus Spiritûs filii?* Oſtende exempla, ubi S. Apoſtoli, & Martyres

tyres tam sævis imprecationibus usi sint etiam tùm, quando cùm Ethnicis à Deo aversis & pertinacibus Judæis ipsis res erat. Pulchrè verò fecit ad causam Lutheri v. 1. Psalmi à Te citati, in quo Rex David Deum orat, interprete ipsô Osiandrô, ut *resurgat à mortuis, & disperdat inimicum suum, hoc est Diabolum, & exercitum ejus.* O quàm bellè! Aliud etiam est anathemate quemquàm ferire, hoc est *à communicatione orationis & conventûs & omnis sancti commercii relegare cum summô dolore relegantis*, aliud autem cum tripudiô animi tristia quæque & dira non sinè formulis operosæ maledicentiæ vovere. Hoc sanè Apostolus 1. Corinth. c. 16. v. 22. non fecit, nec agit de pertinacibus & obstinatis veritatis osoribus,

bùs, ut nequissimè & imperitissimè fingis. Redarguunt impudentiam caninam hanc ipsa Apostoli verba: *Si quis non amat Dominum nostrum JEsum Christum, sit anathema.*

Num. 19.

Objecerat in disputat. quosdam ex nostris seditiosos fuisse, imò vitæ Principum insidias struxisse; hanc ejus cavillationem in discuss. repressi prolatis seditiosorum & turbulentorum hominum inter Lutheranos exemplis. Ad hæc magis mutus quàm piscis est, & denuò sibi aliquem ludum facit ex Ravaillac & P. Garnet Anglo ac deinde per aliquot paginas lingit sputum eorum, qui quorundam Pontificum Romanorum collisiones cum Cæsaribus odiosiùs expli-

plicuerunt. Nos nullâ prorſus lege tenemur ad defendendas actiones quaslibet ſucceſſorum Petri, imò præcipui quique inter Doctores noſtros non diffitentur haud uno modò à Pontificibus eſſe peccatum. Ferventiſſimus Veritatis Catholicæ defenſor erat Thomas Stapletonus, is tamen relection: principior. controv. 1. quæſt. 5. art. 3. ità ſcribit. *vix ullum peccatum cogitari poteſt ſolâ hæreſi excepta, quo illa ſedes* (Romana, & Apoſtolica) *turpiter maculata non fuerit maximè ab anno octingenteſimo.* Cardinal. Baronius ad A. 897. N. 4. ingenuè fatetur: quòd in Cathedram Petri *intruſi ſint homines monſtroſi, vitâ turpiſſimi, moribus perditiſſimi, uſquequaque fædiſſimi.* Nec hoc negat Bellarm. in Chronol. Genebrardus

& alij, quorum teſtimonia collegit Reverendiſſimus Dominus Michaël Joſeph. Fibiger, Mag. & Præl: ad S. Math. in der vernunfftloſen Schlüß-Kunst D. J. F. Mayern, adversùs quod eruditum ſcriptum nè hiſcere quidem ille auſus eſt. Si quis alius, quòd tamen præfiſcine dixerim, quondam in eruendis Romanorum Pontificum vitiis desudavit: certè ego in iis undiquáque colligendis indefeſſam operam poſui, & excreverant hæc collectanea in inſignem molem. At maximum ex laboribus non minimis fructum reportavi, ut jam indubitatâ fide teneam, inſtitutionem Chriſti Petrique privilegium hominum vitio nôn potuiſſe perire, ac Deum admirabili providentiâ opus ſuum inter tot peccata cum humana infirmitate, ùt fit,

con-

conjuncta conservâsse, *ita ut portæ inferorum adversus Cathedram Petri* variis tempestatibus jactatam prævalere non potuerint. Tandem ipse meos abolevi labores, nè post mortem aliquis in illos incidens errandi hinc arriperet occasionem. Habent Pontifices Judicem Deum, non tam obscuros terræ filios, quàm Tu es & Tui jugales. Plurima verò gravia errata in corrasis illis historiis à p. 101. usq; ad 106. commisisti, ut facilè mihi persuaseris, Te nè quidem historiarum crepundia attrectâsse, sed quia illa discuss. meam prorsus non feriunt, sicco pede prætereo. Cum fumosis cerebelli tui deliramentis p. 108. luctaris, & impudentissimè mentiris, dum ais: *me voluisse cœtus Lutherani falsitatem ex seditionibus*

Lutheranorum demonſtrare. Ubi quæſo hoc factum? recitentur verba illa, & niſi frontem perdidiſti, quia hoc fieri non poteſt, nænias tuas recantabis.

Num. 20.

Prorſus autem, quod ajunt, delapſus eſt noſter TrisMegiſtus apo nou, p. 109. ſcribens: *parricidia à nobis probari, ſeditiones imperari &c.* Multò mitiùs adhuc Maſius, quem tamen noſter, ùt deinde videbimus, admiratur unicè, hac de re loquitur: *Inter Pontificios ipſa Religio & zelus ille ſuperſtitionis ad ejuſmodi parricidia ſtimulat.* Nihilominus tamen celeberr. Beccmann: cui meus Antagoniſta comparatus quoad judicium & eruditionem, bulla eſt inanis; ità de Maſij verbis ſentit:

tit. im Bericht von der reformirten Lehre p.m. 100. ist zu hart geredet/ daß bey den Papisten die Religion selbst zu dergleichen Mordthaten der hohen Potentaten Anlaß gebe. Dencket deñ Herr Masius nicht/ daß er damit so viel gecrönte Häupter in der Welt beleidiget: Er ist ja in Franckreich gewesen/ hat er dann nicht gelesen/ was in den Comitijs Regni An. 1615. ist concludiret worden. *Debitam immediatè uni Deo regiam in subditos potestatem*, und wie accurat man diese materie ventiliret: Man lese nur den Gramond. Histor. lib. 1. fol. 62. & seqq. Hat er nie gehöret/ daß die Pohlen/ und zwar mit rechte sich rühmen/ daß sie nie an ihres Königs Person sich vergriffen/ und dieses seynd doch beyde Päbstische Königreiche. Es ist wahr/ es seynd Königs-Mörder in Franckreich ge-

gewesen / ist es darumb ein Lehr-Satz in der Papistischen Religion ? hat er nicht das Concilium zu Costnitz gelesen / welches die Meynung: *Quilibet Tyrannus potest & debet licitè & meritoriè occidi per quemcunque vasallum suum, vel subditum etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias vel adulationes: non obstante quôcunque præstitó juramentô seu confœderatione factâ cum eo:* Als eine gottlose Lehre gäntzlich verworffen: *Declarat, decernit, & definit hujusmodi doctrinam erroneam esse in fide, & in moribus, ipsámque tanquam hæreticam & fraudolosam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones, perjuria vias dantem reprobat, condemnat.* Hæc Becmannus. Qualem non ferret sententiam de grunitu nefren-

frendis hujus? Quantopere Catholicis placuerit flagitium sceleratissimi monstri Ravaillac, si aliquantulum esses in lectione versatus, omnino scires. Audi Piasecium Episcopum Polonum in Chronic. gestor. in Europ. singular. p. 268. ità loquentem: *Rex Parisios reversus, dum insequenti die per eam urbem rhedâ vehitur à scelerato quodam nominari indigno ictus cultro, in ventre vulnus lethale accepit, & statim animam exhalavit. Angustior transitùs ad vicum obliquum non permittebat stipatores assistere rhedæ, & ea in obversando phaleris quadrigarum implicatas firmata sicarius in omnes occasiones intentus repente insiliens axi toto nisu impegit cultrum in ventrem regis; statimque comprehensus, nec blanditiis potuit*

tuit induci, ut nominaret ſocium, vel conſcium criminis, ſed affirmabat inſtinctu proprio ſe concepiſſe illud facinus, & toto triennio procuratum ſæpiusque irrito conatu tentatum tunc tandem perfeciſſe: ſuplicii quoque acerbitatem nè gemitu quidem deprecari viſus fuit ille nefarius. Urbs autem tota caſu tanto concuſſa parùm abfuit à tumultu. H. I. Idem Piaſecius triſte fatum Heinrici III. p. m. 79. narrans his utitur verbis: *Hic*(ſc. Henricus III.)*in caſtris ad S. Clodoveum die* 1. *Auguſti hujus Anni* (1589.) *ab infami cucullato ſicario cultro in ilia adacto fuit pecuſſus. Nec nominari dignus ille ſceleſtus, ut qui & Religionem S. Dominici, & doctrinam ſacram tam deteſtandi criminis notâ fœdavit! Nec quis excuſet zelum, quem*

non

non sociatum scientiæ omnis sacra doctrina damnat: tantum magis, si incerta tantùm suspicione nitatur; nihil enim tuti supererit Principibus, si opinione inani cujûsque calumniosæ hæresis insimulati, à quocunque licenter possint occidi, & eò deteriores essent privatis etiam vilioribus, quod isti indictâ causâ nunquam puniuntur. H. I. Grammond. lib. 1. histor. Galliæ non procul ab initio his utitur verbis: *postquam proditione nefaria in necem datus Heinricus 4. Gallorum studia timebantur in factiones itura, cùm repente contrario effectu discussus timor: facti atrocitate horrescunt animi & consternantur una omnibus dissolatio est.* H. I. Nemo ergo monstri illius scil. Ravaillac parricidium in Gallia tota probavit, secus quam fingit aut ex

scribit

ſcribit ex auctorculis nullius pretij calumniator imprudens. Celeberrimæ ſocietati doctrinam de occidendis Principibus non placere oſtendit ejusdem ſocietatis Sacerdos P. Cotto in epiſtol. declarat. ad Reginam. Pius ille Martyr è Soc. JEſu, qui falsè delatus An. 1679 ultimum ſupplicium in Anglia paſſus, in oratione ante mortem Tom. I. des Durchl. Archiv Lipſ. 1691. edit. p. m. 491. de innocentia ſocietatis aliud teſtimonium perhibuit his uſus pulcherrimis verbis: Zum andern liebe Landsleute / ich bekenne und mache mich ſelbſt vor der gantzē Welt ſchuldig / daß ich ein Röm. Catholiſcher Prieſter / und von Art ein Prieſter bin / welche man Jeſuiten nennet; und nun / weil ſie fälſchlich mit der Lehre von des Königs Mord berichtet worden / ſo erach-

erachte ich mich schuldig vor euch mit meinen letzten sterbenden Worten zu bezeugen / und protestiren / daß weder heimlich / noch offentlich / noch in gemein die Jesuiten der Meynung seyn / sondern in gesambt solche Sachen hassen / und verfluchen mit Versicherung / daß unter den grossen Hauffen der Autoren , so unter denen Jesuiten die Philosophie , Theologiæ oder Gewissens-Fälle / und andere Sermones tractiren / nach meiner besten Wissenschafft kein eintziger sich findet / der der Lehre des Königs-Mord zustimmete / oder diesen Lehrsatz vor gut hielte / daß es recht / und einer gemeinen Person zugelassen sey / einen König zu tödten / ob er schon ein Ketzer / Heyde / oder Türcke seyn möchte.

Ich sage es ist kein Jesuit / der dieser Meynung ist / als Mariana der

Hispa-

Hispanier / jedoch behauptet er solches nicht vollkommlich / sondern Vorbildungs-Weise / dannenhero sein Buch confisciret / und seine Meynung verworffen / und verdammet worden. Ist es nicht ein schändliches Ding / daß umb der Hefftigkeit willen eines eintzigen Mannes / dem doch alle andere das Gegentheil halten / und wider ihn sprechen / ein gantzer Orden solte verurtheilet werden? Quid de non nullorum Theologorum ac Canonistarum Recentium sententia statuendum sit, illud luculentè patet ex Ludovic. du Pin scriptoris longè celeberrimi dissertat. de antiqu. Ecclesi. disciplin. p. 579. Ex quo autem mendaciorum gurgite fluit traditio illa, quam de Garnetto p. 111. ebuccinat, *septuagenarium* scil. *hunc gloriatum esse non tantùm lauda-*

bile facinus ſeſe peragere voluiſſe, ſed etiam mortem ſuam cum morte ſalvatoris blaſphemè comparâſſe, & dum ad ſupplicium duceretur, exclamâſſe, neceſſe eſt, ut unus moriatur pro populo? Nam Iſaac. Caſaubon in epiſt. illa prolixa ad Fronton. Ducæum p. 793. refert Garnettum paucis diebus, priuſquàm ultima lux ei illuceſceret, ab aliquo in præſentia multorum Theologor. Anglorum interrogatum, an *ſi poſt ſupplicium Eccleſia Martyrem ipſum declararet, factum laudaret, & hunc reſpondiſſe. Martyrem me qualem Martyrem? ſed neque Eccleſia hoc faciet, & Deum oro, nè hujus unquam illi in mentem veniat. Equidem ſi pro Religione Catholica mortem obirem, neque aliud infelix ſciviſſem, præ-*

ter

ter illa, quæ per viam confeſſionis ſcivi, poteram fortaſſis honore Martyrii non indignus videri, & judicium Eccleſiæ promereri. Nunc ego peccatum agnoſco meum, & ſententiam, quæ adverſùs me eſt pronunciata, fateor eſſe juſtiſſimam. Hæc Garnettus, cui in actis condemnationis hoc elogium eſt tributum: *quod à Deo & meliori natura dotibus fuerit ornatus multis, quòd fuerit arte eruditus, linguarum uſu peritus, poſtremo præſtantes ejus dotes, ſi à proditionis ſcelere ſeparatæ ſeorſim expenderentur, miſericordiam poſſe commovere.* l. c. p. 756. Appellat verò Caſaubonus Deum teſtem *nihil ſe de Garnetto ſcribere, quòd non liquido ſibi conſtet eſſe veriſſimum.* Si in hac narratione Catholici aliqua meritò deſiderant, ex Lutheranis nemo

nemo non illam, qui legit, approbabit. Tametsi autem toties à me & ignorantiæ crassissimæ & impudentissimorum mendaciorum convictus sis, nullum tamen est magis etiam mulierculis palpabile, quàm quod de Baron. p. 112. eructas, scil. Garnettum & Socios *conjurationis pulverariæ à Cardinali pro Martyribus esse declaratos*. Nam morte affectus est Garnettus An. 1606. ùt in pag. eâdem ex Cornelio à Lapide scribis; jam autem Baronius seculo 16. ad finem properante Martyrolog. Romanum edidit, & verba illa in editione Antverp. Martyrolog. Roman. anno 1589 curata p. m. 567 leguntur. Ergo juxta Te Martyr Baronio fuit Garnettus multis annis, antequam Garnetto moriendum erat. Ferulâ & scuticâ, non

calamô castiganda sunt tam fœda ignorantiæ monstra. Sed nondum finis est vanitatis, mendacia cumulat mendaciis, dùm p. 113. hunc in modum scribit: *hoc tamen observatione dignissimum adjicio, quòd ipse Papa Gregor. XV. hunc Regicidam catalogo Sanctorum inseruerit.* H. I. Proh Deum immortalem! quanta hæc non est ignorantia, quantum mendacium? Quis ille, qui hac de re vel fando audivit? Scholæ trivialis alumnus scivi à Gregor. XV. An. 22. præterlapsi seculi Mense Majo in Sanctorum numerum esse relatos B. B. Philippum Nerium, Ignatium Lojolam Societ. JEsu Fundatorem, Franciscum Xaverium, Isidorum Madricensem, & Theresiam Hispanam Ordinis Carmelitanorum discalceat. Ma-

trem.

trem, præter hos autem quinque nullum alium. De ſalute æterna autem Patris Garnetti optimè ſperat etiam ipſe Caſaubonus, quô ipſo quidem narrationem ſuam Catholicis reddidit magis ſuſpectam.

Num. 21.

Intolerabile Lutheri ſupercilium tum in rationibus ſelect. p. 85. tùm in diſcuſſ. p.44. & ſeq. meritò damnavi. Nam nonnè faſtum diabolicum prodidit dum impudenti ore ac calamo omnes Patres in ſcripturæ lectione exercitatiſſimos & Concilia paſſim auſus eſt perſtringere? Sanè Chryſoſtomum Miſſæ ſacrificio faventem ineptæ loquacitatis reprehendit. Baſilium Monachorum fautorem ne pili quidem habet,

quem meritò Caſelius maximi æſtimavit. Bernhardum de præceptis ac libertate differentem erroris condemnat. Tertullianum cum ſuo Caroloſtadiô ineptire exiſtimat. Cyprianum infirmi judicij Theologum, Hieronymum Scriptorem frigidum, Ambroſium jejunum, Auguſtinum perſæpe languidum aſſerit. De eximia ſcripturarum notitia mirum in modum ſæpe gloriatur, ſemper ſibi ex ſcripturis victoriam promittit, quam etiam Theologaſtri, quos ſchola Peſaroviana gignit, ei ambabus largiuntur, utpote qui leges ejus cœcè ſequuntur. Principia prima, ſinè quibus ad ſacra hæc nemini patet aditus ſunt (1) nè hili quidem æſtimandum, quicquid orthodoxi Veteres, Theologorum Scholæ, au-

ctori-

ctoritas Conciliorum, & Pontificum, consensus tot seculorum, ac totius populi Christiani confirmârunt, (2) solam sacram scripturam esse recipiendam, ità tamen, ut penes Lutherum & ejus sequaces, præprimis autem Scholam Wittebergensem ejusque fœtum admodum deformem Pesarovij acroateriumirrisorum scil. & Lucianorum cohortem sit certa autoritas interpretandi. (3) Quam interpretationem hic Cyclopum exercitus adfert, illa est spiritûs Sancti, quam verò alij & sanctitate & sacrâ eruditione quantumvis excellentes adducunt, à Spiritu Satanæ & alienata mente profecta est. Quod orthodoxi docuerunt, quod auctoritas Ecclesiæ tradidit, quod populus Christianus amplexus est, quod scholæ de-

defendunt, exitiabile venenum est Satanæ. (4) In scripturis nihil esse obscuritatis, vel quod egeat judice, & si in tam clarâ luce cæcutierunt omnes alij, Lutherus non cœcutijt. Conscius enim sibi fuit se habere Spiritum S. & hinc potuisse de omnibus judicare, neminem de ipso. Atque hinc rectè non judicium, sed obsequium doctrina ejus requirit. Qui Lutheri probationibus diffidunt, aut carent sensu communi, aut blasphemiam committunt in Spiritum S. & subvertunt Christianismum. Non autem mirum est, si ab ijs, qui in has leges quasi jurârunt, Lutherus præcipuus in Orbe Doctor, præ quo mille Augustini, Chrysostomi &c. ut leves volitant umbræ, habeatur. Nam inter mulieres etiam Eunuchus vir est. Et

Luscis

Luſcis his heroicum placet vocare ſpiritum, quem cordati norunt eſſe Diaboli ſibilum. Locus p. 115. ab adverſariô adductus tantùm abeſt, ut hæreſiarcham Lutherum à crimine arrogantiiæ abſolvat, ut potius, quæ hactenus dicta ſunt, luculentè confirmet; nam expreſſè edicit & requirit, ut nemo ratione officij & doctrinæ patientiam & humilitatem ab ipſo exſpectet; Meines Ambts und Lehre halben / warte nur niemand kein Gedult / noch Demuth ꝛc. At verò hæc ipſa eſt cauſa, cur hominem inauditi faſtûs reum egerimus, quòd ratione doctrinæ nemini ſe ſubmiſerit. Multùm itaque detraxit nefarius ille Apoſtata Auctoritati S. Auguſtini aliorumque dum mille Auguſtinos ſe non moraturũ eſſe dixit! ſed ais: hoc tantũ

voluit Lutherus se non facturum cum mille Augustinis, si cum Scriptura non faciant. At verò eo ipsô portentosæ superbiæ homo detegit abyssum fastûs sui, nimirùm se rectiùs intelligere scripturam S, quàm Augustinum, omnésque alios Patres, & ab hac jejunus noster Apologista suum Patriarcham liberare debebat, quod non præstitit, sed vadimonium deseruit. Pontificum Romanorum Reverentia in S. Augustinum adhuc inconcussa stat, nec ullo temerabitur tempore. Et si illam in dubium non vocâsset nugator noster, inscitiam ejus denudare & Eruditorum ludibrio exponere non possemus. Citat censuram Bonifacii 2. ex epistol. ad Eulaliam & pœana canit toto complicum grege applaudente. At

verò

verò iterum ò puer, pueriliter laberis. Quis in hac literarum luce nisi Tu & Pesarovius (& huic os humerósque similes Gigantes) ignorat hanc Bonifacii Epistolam esse suppostititiam? Audi celeberrim. Cave in Scriptor. Ecclesiastic. histor. liter. p. m. 402. *Extant epistolæ duæ prima ad Eulaliam Alexandrinam*, quam spuriam esse omnes agnoscunt. 2. Ad Cæsarium Arelatensem, quæ consules malè notatos habet. H. I. Audi & Baronium in annotat. in Martyrolog. Rom. Octob. 16. & Annal. Tom. 5. ad Ann. 419. n. 92. ubi ei *falsa & adulterina est epistola illa, quæ fertur nomine Bonif. ad Eulal.* Possevinus in apparat. Sacr. *Bonifacij 2. nomine conficta fuit ab impostore epistola ad Eulal.* Nec dissentit Bellarmin. lib. 2. de

Roman. Pontif. c. 25. ſed evidentes potius allegat rationes, propter quas meritò cuivis ſuſpecta eſſe debeat. Sed qui Te Tuóſque ad tales animi epulas vocat, aſinum ad cytharam invitat. Quàm miſerè ergo finias tuum dithyrambum, ipſe vides.

Num. 22.

Sed miro cothurno pygmæus hic incedit p. 119. §. 16. ubi poſt ſolemnes & admodùm familiares ei de ſyllogiſticâ, quam nè ſomniavi quidem, mea illatione nugas vultu ad gravitatem, quam in ſimia reprehenderes, compoſito, D. Grabe, & Hennichium ſibi *ùt leves* umbras volitate dictatoriâ autoritate declarat. Sed in toto Fechtij & Peſarovij acroaterió, & egregio hoc, ſi Dijs placet, corpore

pore liquidò jurarem, non vel decimam eruditionis partem inveniri, quâ alteruter (Grabius, inquam, & Hennichius) ornatus fuit. Et ut videas maximopere elati animi esse, quibus vix umbra eruditionis accessit, stupidus ille audet totius quondam populi Christiani communem sententiam, quòd nimirùm Petrus Romæ vixerit, ibidémque Martyrio coronatus & sepultus sit, erroris arguere, & originem traditionis ad Papiam referre: *ab hoc, ait, alios omnes deceptos & oscitante uno oscitâsse & alios.* Sed insaniæ hujus hominis purgandæ non sufficere helleborum omnem, qui in tota nascitur Antycira ita manifestavit. Sepulchrum sive *trophæum Petri ineunte tertio seculo Romæ cuivis videre licuisse testatur Cajus Pres-*

byter Ecclesiæ Romanæ apud Eu-
seb. lib. 2. hist. Eccl. c. 25. Et Romanam Petrum Ecclesiam cum Paulô fundâsse & ex ore Petri Marcum scripsisse Evangelium secundô seculo docuit Irenæus, post hunc Eusebius, & Athanasius. Simonem magum ibidem expugnatum tota fatetur antiquitas. S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum non tantùm de hac re non dubitat, sed & tempus profectionis assignat: *Simon Petrus Princeps Apostolorum post Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ & prædicationem dispersionis eorum, qui de circumcisione crediderant in Ponto, Gallatiâ, Cappadociâ, Asiâ, & Bithyniâ secundô Claudij annô ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique 25 annis Cathedram Sacerdotalem tenuit*

nuit usque ad ultimum annum Neronis à quo & affixus cruci martyrio coronatus est capite ad terram verso, & in sublime pedibus elevatis asserens se indignum, quòd sic crucifigeretur, ùt Dominus suus. Et in Chronic. Euseb: ad ann. 2. Claudij scribit: *Petrus Apostolus, cum primum Antiochenam Ecclesiam fundâsset, Romam mittitur, ubi Evangelium prædicans 25. annis ejusdem urbis Episcopus perseverat.* Euseb. ad eundem ann. *Petrus* (Apostolorum *Coryphæus*,) *cùm primam Antiochiæ Ecclesiam fundâsset, Romam abijt prædicans Evangelium.* Pulcherrimè etiam in hanc rem scribit Lactantius de morte persecutor: sect. 2. aliique doctores eximij. Sed à nostra disputatione hæc controversia aliena est.

Nihilominus brevissimis excutiamus ficulneas illas rationes, quibus deliria sua stabilire conatus est. Si, inquit, *Petrus fuit primus Papa Romanus, scire gestio, unde evenerit, quòd S. Paulus ad Ephes. 4. munera ecclesiastica enumerans nullam prorsus Papæ mentionem injiciat? Resp.* Hoc inde factum, quod tum Petrus Romæ nondum esset, cùm Paulus scriberet Epistolam ad Ephesios, quæ juxta accuratiorem calculum Romæ data est Ann. 59. Petrus vero aliquanto tardiùs Romam venit. Quamvìs, dum S. Apostolus cit. c.4. epist. ad Ephes. dicit, Deum Ecclesiæ dedisse *Apostolos*, utique implicitè S Petri, qui primus inter illos erat, non ratione ætatis, sed ordinis, & dignitatis, (nam Lucas de electione ipsius loquens primò eum nominat,

minat, & à Matth. c.10 disertè vocatur primus) etiam mentionem facit. Ad quæstionem alteram quæ p. 121. occurrit, facilis est responsio: Petrum & Papam Romanum fuisse & Apostolatum gessisse non magis pugnat cum verbis Christi: *Ite in universũ, &c.* quàm quòd S. Petrus Apostolus fuerit & tamen per annos duodecim Hierosolymorum finibus non excesserit, sicuti plerorúmque doctorum sententia est. Imò si veteres consulas, ipse Dominus noster disertè ità mandavit, nè Judæa *Apostoli nisi post tempus* egrederentur. Hoc ex veterum traditione clarè testatur Apollonius 2di seculi scriptor apud Euseb. lib. 5. histor. c. 18. Huic adstipulatur Clemens Alexandr. lib. 6. Stromat. Nam ibi refert S. Petri

tri teſtimonium, quod Chriſtus Apoſtolis dixerit: *ſi quis velit ex Iſraël duci pœnitentia & propter nomen meum credere in Deum, remittentur ei peccata, poſt 12. annos egredimini in mundum, nè quis dicat, non audivimus.* Sicuti ergo Petrus, Philippus, Jacobus &c. Apoſtoli fuerunt per 12. annos, & tamen non egreſſi ſunt terminos palæſtinæ, nec peccârunt contra illud Chriſti mandatum, *ite in universum mundum*: ità Petrus fuit Apoſtolus, etiamſi diutius Romæ moraretur & in fundandâ Romanâ Eccleſia laboraret. Rexit indubiè S. Petrus per aliquod tempus Eccleſiam Antiochenam, non opinor, abdicatô Apoſtolatûs officio. Et ſanè non video, cur Apoſtolus, hoc eſt prædicans Chriſtum tanquam teſtis oculatus ab ipsô

ipsô Christô immediatè missus non possit diutius alicubi commorari? Salmasium, qui tuus est stupor, non intellexisti, & ejus etiam rationes à Petavio aliisque satis sunt discussæ. Nullam habuisse Petrum Apostolum superioritatem, ùt vocas, ac omnes Apostolos æquales fuisse, falsum est: nam ipse S. Apostolus Paulus Petrum, Jacobum, & Joannem, *magnos vocat Apostolos ad Gal.* 2. Si autem magni aliqui Apostoli sunt: utique etiam quidam fuerunt parvi. Et hinc S. Chrysostomus jamjam nominatos vocat Apostolos *primæ dignitatis*; & Victor Antioch: in Marc. c. 9. *Apostolorum Coryphæos.* S. autem Augustinus: *honoratiores in Apostolis.* Primatũ S. Petri tota defendit antiquitas, quod ne Marc. quidem Antonius

de

de Dominis aliique ex hæreticis negare audent. Nec hanc nostram assertionem evertit locus ex 2. ad Corinth. cap. xi. v. 5. Nam in muneris Apostolici functione, & in prædicando Evangelio se hactenus æquè cum aliis desudâsse, seu potius, ut 1. ad Corinth. c. 15. ipse effert, *cæteris abundantiùs* laborâsse pro Christo dicit *Paulus*: Et utique notatu dignissimum est, quòd Apostolus utatur præteritô in græco, non verò præsenti, ut videas optimè reddidisse vulgatum: *existimo nihil me minùs fecisse à magnis Apostolis*, quô ipsô respicit manifestè ea, quæ in Apostolatu gesserat. Jam consequentia nulla est; S. Apostolus Paulus non minùs laboravit, quàm S. Petrus in Apostolatu. E. ei non tantùm in laboribus, sed & reliquis omni-

omnibus par est: Non habuit, cur cederet Apostolis Petro, Johan. &c. in prædicatione evangelica: E nulla in re ulli Apostolo cessit. Fateor autem me non videre, quomodo tam ea, quæ in textu Paulinô præcedunt, quam quæ sequuntur in S. Apostolos Petrum, Joannem &c. conveniant. Itáque non malè quidam observârunt ex recentioribus, Paulo non esse sermonem in hoc loco de Petro & aliis Apostolis, sed de his, qui se fingebant à Petro &c. missos. Notum enim est, quòd vox Apostoli in scripturis præter XII. illos etiam aliis tribuatur. At si hæc explicatio vera est, comma Paulinum ad præsentem disputationem obtorto collo trahitur. S. Cypriani verba vera sunt. Sed Tu sophisticè omittis immediatè antecedentia:

tia: *quæ ita ſonant: loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dabo &c. & eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit: paſce oves meas: & quamvis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat: ſicut miſit &c. Tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis ejusdem Originem ab unô incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod Petrus pari conſortio prædití & honoris & poteſtatis. Sed exordium ab unitate proficiſcitur, ut Eccleſia una monſtretur.* In S. autem Hieronymo fide plùs quàm creticâ omittis immediatè ſeqq. verba hæc: *tamen propterea inter* XII. *unus eligitur, ut capite conſtituto Schiſmatis tollatur occaſio.*

Cum Arnaldo non eſt, cur hoc

loco

loco in arenam disputatoriam descendam. Ejus errores perstrinxerunt Isaacus Harbertus in lib. 2. de *Cathedra, seu primatu singulari S. Petri in Ecclesia Catholica Apostolica & Romana*, Antonius Vatier in notis ad August. libr. de corrupt. & grat. R. P. Rodericus ab Arriaga. Nec minùs in hac palæstra pugnavit in libro Gallico Petrus de S. Joseph. Præterea scias, velim, tantùm abesse à Tua stultitia Arnaldum, quantum distat ab Oriente occidens. Nam Antonius omnino admittit esse aliquod caput Ecclesiæ visibile, *quod ex Petro & Paulo conflat*, id quod directè cum tuo & Lutherano dogmate pugnat. Æqualitatem etiam inter Apostolos omnes, quam sequaces Lutheri defendunt, Arnaldus rejicit. Acriter

ter quoque defendit, quòd Ecclesia Romana primatum à Petro in omnes obtinuerit Ecclesias, à qua sententia Lutherani mirum est, quantum abhorreant. Petrum quoque in fundatione Ecclesiæ Romanæ Paulo anteponit ille Doctor Sorbonic. Nec minùs idem largitur, magnas fuisse Petri prærogativas & has ait consistere *in ætate, regeneratione, gratia, tempore vocationis* in munere Apostolico, NB. *in principatu Apostolorum*, quem Petrus Paulo adhuc persequente Ecclesiam gesserit; imò Arnaldus ambabus concedit, Ecclesiam principaliter super Petrô fuisse fundatam, & illum initio solum fuisse *constitutum caput Ecclesiæ ante Pauli conversionem*. Scio Arnaldum allegare loca illa, in quibus S. Paulus dicitur

tur *Doctor Gentium* 1. Tim. 2. v. 11. & urgere verba illa ad Gal. 2. v. 7. *creditum est mihi Evangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis:* at mendacium committis scurrâ dignum, quandò scribis: Arnaldum ità colligere: *Si Petrus fuit Episcopus Romæ, multó magis Paulus talis fuit.* Et si vel maximè, quod tamen factum non est, ità collegisset, rogo, si Arnaldum unquam inspexisti, quod equidem non credo, licèt juraturo, si quicquam adhuc pudoris est in Te, dic rotundè, an unquam in mentem Arnaldo venerit negare, quòd Petrus Roman: præfuerit Ecclesiæ? Si verò ea de re ne somniavit quidem Arnaldus! qui ex duobus his Apostolis junctim sumptis unum facit caput Ecclesiæ & Pontificem Romanum, certe inter

ter mortales aut non est homo stultior, aut impudentior, quam Tu es, qui iubes me perlegere Arnaldum, ut agnoscam recte Te scripsisse, *Catholicos garrire S. Petrum primum fuisse Papam.*

Num. 23.

In sacra sua disputatione dixerat Momus meus, Petrum noluisse admittere Cornelium ad pedum osculum, *quod ei ut homini hoc non conveniret*; id est, quòd honor hic esset divinus; has nugatorias ineptias tribus verbis castigavi, ex quibus quidem tantùm profecit, ut damnata opinione pristinâ tacite stultitiam agnoverit, sed tamen, qui mos & rabidorum & scurrarum est, verba mea prorsus in alienum detorserit sensum, ùt inspicienti patet. Illud tantùm jam urget

urget p. 123. *quòd osculum pedum superbiam Papæ reddat manifestam*, & p. 125. *Quis*, inquit, *Princeps, aut Rex eò procedit, ut pedes suos osculis præbeat?* Atqui osculum pedum admittere vidi aliquoties syncretistæ Transubstantiatoris auctorem ab Ungaris exulibus etiam ante templi fores, qui tamen nec Rex nec Princeps nec Pontifex Romanus erat, sed ex summa paupertate paucis ante annis vixdum emerserat. Hunccine propterea, quod concionatores Ungari ad pedes ejus adreperent, eosdémque osculo exciperent, tanquam hominem superbum argues? Si Josephi Stevani (non Stephani, ùt imperitissimè p. 126. citas) legisses librum non de adoratione, sicut mentiris, *sed de osculatione pedum*

Romani Pontificis ſcriptum , ex capite 1. p. 3. & ſeqq. potuiſſes diſcere, quod mos fuerit antiquus apud omnes gentes Principum virorum & dextras oſculari & pedes amplecti, quod ſelectis autorum teſtimoniis confirmat. Et ſi id jam à me ageretur, illis ſexcenta alia loca ſinè magno addere poſſem labore. At non juvat hic rem ab aliis actam agere. Exemplum S. Petri prætexere hìc minimè licet. Concionatores Lutherani plenis buccis ſe Apoſtolorum ſucceſſores ferunt; at verò his & cenſum & uxorem & alia commoda ac honorem &c. declamatoria illa vita parit, quam nec hi homines commodi aſpernantur, quibus Apoſtoli tamen caruêre, imò oblatis uti recuſaverunt. Quæ autem prophanum illud caput adverſa-

versarij intemperies iterum agitârunt, ut refugium quæreret in Stevani malè truncatis verbis? Frons perijt omnis homini. Integram Stevani pericopen adscribere est stultitiam hominis omnium exponere ludibrio. Ità autem p. 107. loquitur D. Valentinus: *Imprimis Episcoporum humilitas atque demissio commendari debet, qui ut omnes populos ad eorum pedes ruentes agnoscerent, Cruci Christi osculationem potiùs, quàm sibi ipsis tantū honorem deferri maluerunt. Etenī Pontifex Christi sustinet personam ejusque vice omnes ad pedū oscula excipit &c.* Proh Deū immortalem! quomodo ex his verbis conficis Papam Romanum Christo cōpetētes honores sibi rapere? Expressè enim auctor dicit, quòd Pōtifex nō sibi sed cruci potius servatoris

toris osculum offerri voluerit. Et quid in verbis Stevani est, quod hominem sani judicij offendere queat? sed ea non intellexisti. En ergo, quæ habet in nupero scripto vernaculâ lingua adornatô Prof. Hall. Ludov. p. 8. Den lernenden / inquit, ist aus Kempio und Heckelio de osculis bekannt/ daß solches (Hände und Füsse küssen) die älteste Art gewesen / gecrönete Häupter anzubethen; allein heut zu Tages sprechen die Papisten / daß man damit nicht den Pabst / sondern das Creutz ehre / so auff den Päbstl. Pantoffeln gemachet sey/anzudeuten/ daß die Lehre vom Creutz Christi per pedes Apostolorum so weit ausgebreitet worden / welche M. A. Mazzaron de oscul. pedum Pontif. c. 2. & 3. J. Stevan. de adorat. ped. c. 17. p. 206, B. Balduinus cap. 27. de cal-

calceis antiqu. p. 262. gar sorgfältig durchgangen / auch selbigen Anton. Bynocus lib. 1. de calceis Ebræor. cap. 3. §. 14 p. 64. hierein Beyfall gegeben hat. An id verò Te urit, quòd Pontifex Christi sustinere dicatur personam, ejus expressam referre imaginem? Atqui orthodoxi PP. modò omnes Sacerdotes vocant Vicarios Christi, ùt Hormisd: P. M. epist. 60. modò Episcopis *vicariam Domini tribuunt sedem* cum S. Cypriano. Notatu autem præprimis dignissima sunt verba S. Ambrosii in 1. Corinth. c. 9. ubi ait: quòd *Episcopus personam habeat Christi & ùt ante judicem, sic ante Episcopum, quia Vicarius Domini est &c. subjici fas sit.* Gentiles etiam Principes suos agnoverunt esse *Dei cuncta sospitantis effigies*, ùt patet

ex Artabani ſermone de Perſis apud Plutarchum & Themiſtoclem. Sed tædet de rebus notiſſimis verba fundere. Nam in quanta rerum omnium & divinarum & humanarum ignorantia verſetur Morus noſter, ubivis prodit. Et vel ex tonſoribus reſcire potuiſſet homo nauci, an quoſdam ad oſcula pedum admittant Principes?

Num. 24.

Jam ordo me vocat ad odioſiſſimam illam de inauditis Lutheri in Principes maledictis diſputationem. Hinc meam, ait, peti quartam rationem, licet, ùt toties monui, prorsùs ſtultè, aliis veris rationibus prætermiſſis, ex ijs, quæ contra Lutherum attuli, formet ſyllogiſmos. Si autem quisquam

ea, quæ contra Lutherum attuli, vim prægnantis rationis ad defendam Lutheranam religionem habere velit, ei quidem non refragabor, sed quilibet in autorum lectione versatus nullô negotio animadvertit, eò tendere historicam de Lutheri moribus relationem: non videri credibile, à Deo *missum esse* Lutherum ad Evangelium instaurandum & repurgandum, cùm Martinus ille apertissimè sacras scripturas adulterio non uno corruperit, ad licentiam peccandi orbem invitârit conculcatis omnibus ad restringendas carnis illecebras institutis, immensô superbiæ typhô fuerit inflatus, à se dissentientibus omnia dira precatus & in Majestates inauditâ ab orbe condito maledicentiâ debaccatus sit; neque enim verisimile est

tam ſcelerati hominis miniſterio ad tam arduum perficiendum opus Deum uti voluiſſe. Sanè ſi in Prophetarum aut Apoſtolorum ſcriptis illa calami amarulentia & effrenis conviciandi libido ac plusquam ſcurrilis dicteriorum ſannarùmque petulantia, quâ, ùt in omnes, ità præprimis Principes utitur Lutherus, occurrerent, nè illis quidem homines ingenui & his ſordibus non inquinati fidem haberent. Quòdſi Principes ob vitia reprehendendi ſunt, id moderatiſſimis verbis fieri opòrtere omnes conſentiunt.

Et tantò magis rem par erat ita geri ab Apoſtata Monacho, qui de Spiritu Chriſti tantopere gloriabatur & Evangelij lucē orbi ſeſe denuò accendere plenis effutiebat buccis. Quis enim in ejusmodi homi-

homine Lucianicam aut Aristophanicam aut Archilochiam dicacitatem ferat? Et quidem quod maximè contra histrionem, meum Antagonistam, notandum, non in reprehendendis vitiis, sed in refellendis dogmatibus. Quinam Prophetæ, & Apostoli dissentientes à se Principes ità exceperunt, sicuti fecit Lutherus? ut res tantò clariùs pateat, incipiat agere fabulam applausoribus Masio & Pesarovio & tota furiosorum hominum caterva Martinus. In lib. qui adversus Heinric. Brunsvicens. sub nomine Hanß Worst Tom. 7. Altenburg. & Tom. 12. Wittenb. habetur, hi occurrunt flosculi prophetico & Apostolicô virô, qualis Lutherus erat, longè dignissimi: dieser verzagte Schelm (Dux Henricus) und feldflüchtige Mame

me thut alles meuchlings: Er wäre besser ein Frauen-Hut / der nichts thun solte / den wie ein Eunuchus, das ist: ein Frauen-Hut stehen in einer Narren-Kappe mit einen Fliegelwedel / und der Frauen-Hüten / und des davon sie Frau heissen (wie es die groben Deutschen nennen) ich halte / daß dieser Meuchel - Mordbrenner nicht solte ein zornige Katze 2c. Er hat sich viel Teuffel gefressen / und gesoffen / und speyet also einen Teuffel aus seinem höllischen Rachen 2cc. & iterum : eine Dialectica à baculo ad angulum: die Frau ist schöne / darumb ist sie keine Hure. Heins ist ein Fürst/darumb ist er kein Ehebrecher / Mörder / noch Mordbrenner: Porrò ità Principem alloquitur : Laß dir Hertzog Georgen deinen Abgott/ und den zu Mayntz deinen H. Geist helffen. Du verzweiffleter Meuchler /

ler/ Frauen-Hut und verzagter Schelm/du solt nicht eher ein Buch schreiben/du hättest denn einen Furtz von einer alten Sau gehöret/ da soltest du dein Maul auffsperren/ und sagen: Danck habe du schöne Nachtigal/ da höre ich einen Text/ der ist gut für mich. Et rursus: Hein Fotzenhut ist auch ein Schreiber worden: ut non adducam illa; dein Hayß und du seyd grobe Tölpel/ ihr seyd beyde rechte Hans Worst/ Tölpel/ Knebel/ und Rültze/ und wil hiemit euch beyden geantwortet haben/ daß ihr alle beyde Vater und Sohn seyd verzweiffelte/ Ehrlose/ verlogene Bösewichter/ thut in die Brüch/ und hänget sie an den Halß/ und machet davon euch ein Galreden und fresset ihr groben Esel und Säue. Ubi in scriptis Propheticis & Apostolicis ejusmodi Principum objurgatio-

nes occurrunt? An etiam hic Lutherus secutus Esaiam c. 3. v. 12. ubi non Principes, sed Magistratus inferiores avaros Propheta nominat *exactores*, qui populum *spoliaverunt*? An fortè Ezechielem imitatus est, qui cap. 22. v. 27. ex Dei mandato Principes seu primores in populo vocat *lupos rapientes* prædam. Injurius essem in Lectorem, si de differentia objurgationum Prophetarum & Lutheri unum adderem verbum. Sinè horrore legi non possunt impurissima convitia, quæ in Electorem Moguntinum ex Serenissima Gente Brandenburgica Albertum Cardinalem homo spurcissimus effundit. Religioni mihi est ex Tom. 7. Altenburg & Tom. 12. Witteberg. diabolicas insectationes hic congerere. Quis nam Propheta

aut Apostolus Principum vitia ità castigavit, ut erumperet in hæc verba: wo wil man doch einen Galgen finden / der hoch genug den Bischoff daran zuhencken? Ex quo Evangelio didicit coram toto orbe publicè ità Principem admonere? Er (Elector Moguntinus) solte Gedacht haben / Hanß Schenitz hat mir so viel Jahr treulich gedienet / meine Hurerey helffen verhölen / meine Büberey / und Boßheit für den Leuten stillen / und Summa: Er ist mein höhester Nothhelffer gewest in Schulden / und Schanden mehr denn GOtt 2c. Sexcentas turpissimas insectationes meritò omitto, nec jamjam recitatorum convitiorum mentionem quidem facturus fuissem, nisi stultus adversarius horrenda illa verba p. 138. adduxisset, de quibus suo loco plura. To-

tis plaustris scommata, cõvitia immanissima in Regem Angliæ cõvexit. Legat abominabilẽ librũ orbis & judicet, quonã spiritu an Prophetico & Apostolico, an verò Diaboli ductus fuerit Luth. &? An propositum fuerit Apostatæ reprehendere vitia Principum & non potiùs Principes ipsos scurrili petulantia exagitare? Nõ possum ullo modo à me impetrare, ut furiosi cerberi jurgijs has vindicias amplius maculẽ. Sole meridiano clariùs patet, non tantùm Principes à Lutheri causa aversos pessimè à Luthero habitos, sed quosvis etiã sumõs ejus fautores indignissimè tractatos esse: hoc ut demonstrarem, addidi & denuo addo verba ex epistola ejus ad Spalatinum lib. 1. epist. Lutheri epistol. 241. quam etiam adducit Seckendorff. Commentar. de Lutheran.

theran. lib. 1. ſectione 45. p. 178. ita autem illa ſonant. *Scis enim, quòd ſi cujusquam opes perdendæ ſunt, Principum perdendæ ſunt, quòd Principem eſſe & non aliqua parte latronem eſſe aut non, aut vix poſſibile eſt eóque majorem, quò major Princeps fuerit.* Hæc Lutherus ex Patmô, ut vocabat arcem, in qua ſub equeſtri ornatu latebat & Electoris impenſis ſuſtentabatur, auſus eſt ſcribere, ubi ſatis evidenter Electorem ipſum Fridericum ex parte latronē eſſe agnoſcit, ſicuti patet ex verbis antecedentibus: *Omninò credo me hìc agere alimoniâ & expenſis Principis noſtri, alioquì nè horam quidem hìc ſubſiſterem, ſi ſcirem hujus viri me conſumere ſubſtantiam, quanquam & hilariter & libenter omnia mihi ſubmi-*

diſtret.

niſtret. Et ſtatim ſequuntur illa: *ſcis enim, quòd ſi cujusquam &c.* Philip. Melanchth. in orat. funebri dicta Cæſari Maximilian. p. m. 566. Tom. 2. oration: ità perorat: *ipſi nos in ſinu noſtro germani, qui aſſuevimus ſemper eſſe liberi, tales alimus regulos, quos ſi cum majorum ſæviſſimis & immaniſſimis flagitijs comparemus, facilè crediderim, poſſe illos hodie in numerum bonorum Principum relatum iri*: ità ſentiunt de Principibus duo Lutheraniſmi capita. An & hæc objecta loca ſolidè vindicabit Maſius? Nam loca Lutheri, quæ ex Becmanno adſcripſi, ſolidè vindicâſſe à Te dicitur p. 129. Celeberrimus *Theologus Hafnienſis Dn. D. Maſius. Et ſi Helwichius objectat Lutheri dicta ex Becmanno, nos, ais, ei rurſum opponimus* eorun-

eorundem vindicias apud Masium. Sed quid audio? Solidum Tu nobis vindicem facis ex tuo Masio? Si hoc; ergò falsa sunt Tibi omnia illa, quæ Becmannus disputavit, si autem hæc falsa Tuo & Asseclarum Tuorum judicio, ergò vera sunt omnia, quæ non tantùm contra Catholicos, sed & Reformatos idem Masius à pag. 21. usque ad 30. *in Interesse Principum circa Religion. Evangelicam disputavit.* Hoc tuum ineptum judicium, si aliquo casu Regiæ Majestati aut ejus Ministris innotuerit; non dubito, quin eas, quas quidem Tu mereris, sed ego certè minimè tibi opto, stultitiæ pænas sis daturus. Sed quid erat causæ, cur Masium & Dn. & Celeberrimum Theologum vocares, Becmannum sinè omni honoris præfa-

fatione nominares ? An non Becmannus in Regis Tui Universitate Professor editis multis & quidem perdoctis ingenii monumentis eam celebritatis famam est adeptus, quàm Masius ? Ego certè, si à Tuo ineptissimo libro discesserim, vix stultiorem vidi, quàm est Tui Masij, foetus, cui larvam omnem detraxerunt Clariss. Thomasius & celeberrim: Becmannus, simulque plagium ejus eruditè detexerunt. Sed per me licet admireris Masium & sint omnia garrula ejus dicta Tibi oracula: hoc unicum dico: dicta Lutheri nec à Masio, nec à quoquam inter mortales vindicari posse. Becmannum miserum & me miserum, qui non potuimus capere, adducta Lutheri dicta nihil mali in se continere, quamvis expresse Becmannus osten-

ostenderit, wie hart Lutherus Heinricum in seinem Königlichem charactere tractiret! Et sanè ipse Lutherus flagitium suum ex parte agnovit, dum alio scribendi genere Heinrico lenocinari & scurrilium convitiorum palinodiam canere visus est. Imò nè hic quidem ejus vafrities substitit, nam spe Regis pervertendi conceptâ eum insigni laudum præconio demulcere voluit. At meritò irrisus fuit jussúsque suæ ante insaniæ remedium facere, quàm alienis sese impendere laudibus; *cùm tam sibi Rex turpe putaret laudari à turpibus, quàm ob turpia: neque contra impensiùs commendari se posse crederet, quàm si à Luthero reprehenderetur.* Vos autem Arcadica pecuaria consurgite in plausus auritus ille Magister & Doctor jejunâ

junâ declamatione abſolutâ ſaliari aſinorum dape in §. ult. cap. & rabularum condimentis vos paſcit. Mihi quidem non movent ſtomachum veſtræ cupediæ; at ſcitote, quòd ſit in amici manu parata ſtrigilis, *quæ pectus, armos, terga, crura, brachia, quæ femora, ventrem, quæ nates, lumbos, caput totumque corpus diſputantis pumicet. Tàm pexus ornatùſque dabitus Conradus ille; ut juret in vita ſua ſe non ſtetiſſe ſub cutifricio pari per luſitantis ſtriglis omnivagas vices, negétque poſſe gloriari quempiam mulum, aut aſellum vel pigrum cantherium ad hunc fricatos ſe fuiſſe unquam modum,* ut perdocti cujusdam viri verſus faciam meos. Lucianus nec moribus ſum nec profeſſione, cujus Spiritum jam Eraſmus Luthero

&

& ego Tibi Tuisque jure optimo tribuo.

Num. 25.

Conſcientiam Lutheri cauteriatam fuiſſe aſſerui in Rat. ſel. p. 93. & evidenter oſtendi. Sicophanta ille in diſp. reſponderat Luthero obveniſſe *angores & pavores, quibuscum pij conflictantur, ut conſtet ex Iſa. 38. v. 16.* cauteriatam autem ejus conſcientiam minimè fuiſſe, hanc enim denominari *à varijs & atrocibus & regnantibus peccatis*; ijs autem Lutherum minimè fuiſſe obnoxium; prætextum hunc ei eripui & oſtendi in diſcuſſ. p. 54. quod etiam ejusmo. ſceleribus, fatentibus ipſismet Lutheri diſcipulis, pollutus fuerit Lutherus. Ipſis Aſſeclis Lutheri reſpondere debebat, ſed obmutuit,

&

& ut aliquid dixiſſe videretur, de conſcientia cauteriata aliqua deblaterat. Mirè verò ſibi placet in deſcriptione p.138.data, quæ tamẽ quouſque admittenda ſit, ex dicendis patebit. Non placet hic multis de voce cauterij diſſerere, de qua Eraſmus Schmidius & Urſinus in Analect. ſacris eruditè egerunt. Notum eſt, quòd voce cauterij etiam inſtrumentum, quô maleficis ſtigmata inurebantur, notetur. Ad hanc ejus ſignificationẽ reſpexiſſe videtur Apoſtolus & id indicare, quòd, ſicuti malefici ferro cand nti notabantur ſtigmatis impreſſis cuti: ità hæretici non corpus ſed animum habeant ſtigmaticũ ob vitæ dedecora, quorum ipſi ſibi conſcij ſunt. Diceres de his illud Claudiani: *pectus inuſtæ deformant maculæ,*

vi-

vitiisque inolevit imago. Atque hinc S. Patres cauteriatam conscientiam de mala vita exponunt. S. Chrysostom. hom. xi. in Epistol. ad Timoth. *Cauteriatâ*, inquit, *conscientiâ, id est, malâ vita sunt.* Similiter Theophylactus in locum hunc: *pravæ*, inquit, *sunt vitæ, & quia conscij sibi sunt multæ impuritatis, propterea conscientia eorum indelebiles notas sordidæ vitæ inustas habet.* Et hinc non malè Suidas ait: *Cauteriô notatus nō habens sanam conscientiam.* Alij de extremô stupore & obduratione locum hunc intelligunt, quos inter est Theodoretus p. 479. in hanc epistolam scribens: *Cauteriatam eos conscientiam habere dixit, stuporem eorum extremum docens. Locus enim cauterij morte affectus priorem sensum amittit.* Ea etiam

ra-

ratione interpretari videtur locum S. Ambros. & alij. Jam ex Recentioribus alij primam sequuntur, alij 2dæ adstipulantur, alii utrámque conjungere malunt. Prior tamen explicatio multò est probabilior. Nam obfirmati ità in malo, ut nullum timoris divini sensum percipiant, nullas conscientiæ accusationes sentiant, non tam conscientiam, cui fraudis & sceleris notæ inustæ sunt, habere dicendi sunt, quàm homines nullius conscientiæ, qui nullum dictum, factum aut omissum sub ratione mali recognoscunt; scilicet, ùt homines nullius rationis dicimus non tantùm eos, qui ratione uti nõ possunt, sed & illos, qui rationis usu valent, attamen eam non exercent, sic & conscientiæ nullius dicimus eos non tantùm, qui ratione desti-

ſtituuntur, adeóque & conſcientiâ, ſed & illos, qui cùm vitam ante actam & præſentia ſua facinora ad animum revocare, in ſe deſcendere, examen inſtituere poſſent, nihil tamen horum faciunt, cujus generis homines ſunt, qui habitum vitiorum contraxerunt. Accedit & hoc, quòd his hæreticis S. Apoſtolus expreſsè tribuat hypocriſin, innuens, quòd & à nuptiis abſtineant, & certis etiam cibis tanquam immundis non veſcantur, imò & commercium cum ſpiritibus jactent, & prophetiam à Deo ſe habere dicant, cúm tamen de Satanæ dictatis loquantur; nihil autem horum faciunt homines in malitia & vitiis obfirmati. Iis enim non eſt in more poſitum quicquam agere in conſpectu hominum, quod ſpecimen pietatis

præ se ferat, imò & è contrariò ex vitiosis & flagitiosis actionibus in oculos omnium incurrentibus laudem perditissimi nebulones venantur. At furfuris istius, quos primo nominavi loco, homines nube quâdam hypocriseos obducti quotidie oculis nostris obversantes sancti haberi volunt, tametsi conscientiam gerant impurissimam. Dum verò posteriorem sententiam etiam à quibusdam ex Catholicis defendi ais, verum dicis: at falsum est ab Espencæo p. 54. istud fieri cum pag. seq. demum comma Apostolicum explicet, neque adeò liquidum, an assertorem prioris, an posterioris sententiæ eum dicere debeas. Is enim cauterio notatam conscientiam ait esse *vitæ nequioris & flagitiosæ sordibus & immunditiis inelutbilibus*

bus & indelebilibus inusturis, prava item cogitatione & simulatione notatam, vitiatam, maculatam, corruptam & putrefactam putredinémque cum fœtore semper emittentem. Id verò prorsus non capio, quomodo pro tua sententia Cornelius à Lapide contra Bezam disputare possit. Nam Beza p. 353. scribit: *itáque hæc sententia est ejusmodi; istorum conscientiam ita obduruisse, ut callum obduxerit, deinde cancrum illam invasisse, postremò jam esse cauteriô amputatam.* Quicquid verô hac de re sit, & quamcunque tandem explicationem sequaris; dico 1. Lutheri conscientiam non fuisse sanam, eumque sæpe ob prava acta & excitatum schisma fuisse cruciatum. Nam tametsi etiam adhuc noster fuerit homo turbulentissi-

mæ conſcientiæ, ùt ipſemet fatetur, & nè intelligeret quidem, quid nomine indulgentiæ notaretur, cùm propter indulgentias impudentius à Tezelio promulgatas ſumma imis miſceret, ut iterum ipſum Lutherum reum confitentem habemus; tamen cùm deinceps torrente affectuum abreptus ſemper in deterius prolaberetur, & cœtum ſegregem conſtituiſſet; laniatus & ictus conſcientiæ declinare non potuit. Citavi in R. S. nota illa verba: Hörest du Juncker / spricht mein Gewissen / was hast du gepredigt / und angerichtet: wer hat dirs geheissen / und darzu beruffen? Mirè animum eius hoc morſu fuiſſe dilaceratum patet ex verbis ejus in colloquiis, quæ meritò ſympoſiaca vocaveris, Isſebiæ editis ſub titul. de miniſtris Eccl.

fol. 241. ubi fatetur Diabolum de vocatione ſibi moleſtum fuiſſe & hoc argumento ſe pene occiſum eſſe: *Tu non es vocatus, niſi Doctor fuiſſet.* Atque hinc Tom. 5. Jenenſ. Germanic. fol. 492. ait, ſe nolle totius orbis opes Doctoratu ſuo commutare, & addit, ſe prorſus deſperaturum fuiſſe, ſi tanti momenti negotium tanquam ſurreptitius propheta ſuſcepiſſet, id eſt, niſi Doctor fuiſſet creatus. At eô ipſô certè conſcientiæ ſuæ vulnera ſanare non potuit. Nam etiam Carolſtadius Theolog. D. erat, imò ipſum Lutherum Theologiæ Doctorem crearat, ipſe tamen Martinus in Conc. quadam Dominic. *invocavit*, ſatìs clarè aperuit, *quàm parum præſidij in titulo Doctoratûs repoſitum ſit*, nam Carolſtadium *in inferum*

iri præcipitatum, nec ullo ſtare poſſe modo in agone mortis, ſi Diabolus ei objecerit: omnis plantatio, quàm non plantavit pater meus, eradicabitur, currebant, & non mittebam eos. Itáque contra conſcientiam turbas illas excitavit Lutherus, noverat enim Miniſtrum Eccleſiæ, qui Dei legatus eſt, non debere ſponte venire aut currere, id quod Pſeudoprophetarum, furum & latronum eſt, ſed oportere eum eſſe miſſum à Deo vel ordinariè, id eſt, per homines, vel per Deum ipſum, ùt ſæpe ipſe inculcat Lutherus. Neutro autem modo ſe vocatum fuiſſe ad convellendam Catholicam religionem ipſe probè meminerat. Dico (2) Lutherum fuiſſe atrocibus peccatis obnoxium. Nam nonnè atrox eſt peccatum ſæpe penitus Chri-

Chriſti Salvatoris obliviſci, aut putare eum eſſe longè alium, quàm eſt, ut falſis & erroneis cogitationibus & opinionibus à Diabolo faſcinari. Atqui hoc ipſe de ſe fatetur Lutherus in Colloq. Isleb. de Chriſt. Et de infidelitate ejus jam alibi dictum, ac de hac diligenter, niſi fallor, diſputavit Scioppius in Eccleſiaſt. c. 101. Non dicam de ira, odio, libidine, quorum mentionem facit S. Thomas in explicatione cauteriatæ conſcientiæ, non de ruptis perfidè votis, non de crimine ebrietatis, ſuperbiæ aliisque flagitijs, quibus Lutherus fuit inquinatiſſimus, ſed tantùm profiteor me credere verbis ejus in 2da concione 8. Dominic. poſt Trinit. fol. 117. ubi diſertè profitetur, ſe eſſe *miſerum carnalem peccatorem*, quod ſanè,

etiamsi non fateretur, ex emplastro ejus contra carnis tentationes, exercitio quotidiano in Colloqu. de creat. fol. 70. aliísque pluribus patet, alibi prolixè, si fuero lacessitus, recitandis. 3. Ajo Lutherum fuisse blasphemum, id quod apparet ex loco in discuss. p. 55. adducto Nec ab hac liberatur Lutherus per ridiculam illam exceptionem, quòd Luthero sermo sit de tribus personis non Divinis sed humanis. Quis enim unquam de tribus hominibus loquens adhibuit phrasin hanc: Drey Personen in einem Wesen? An cùm memoratur Trinitas in una essentia, necesse est, ut addatur nomen Dei? Et deinde etiam pueris notum est, quod profligatissimæ linguæ & conscientiæ homo sanctissimæ Triados personas irreverenter admodum

dum habeat. Nam in lib. quem inscripsit, Hanß Worst p. 467. ità alloquitur Ducem Heinric. Brunsv. Laß dir Hertzog Georgen deinen Abgott/ und den zu Mayntz deinen Heyl. Geist helffen. Ecce scurra vilissime, & manibus palpa, me non esse impudentem famæ Lutheri latronem, sed Lutherum tuum esse blasphemum. Addo (4) Lutherum etiam fuisse induratum, & planè insensatum. Et nè aliquis ex odio in Lutherum me hæc scribere credat, ipse iterum prodeat Lutherus. Is Tom. 1. Epist. latin. Jenæ editar. fol. 334. ad Melanchth. *insensatus & induratus hìc sedeo in otio, parum orans, nihil gemens pro Ecclesia Dei, quia carnis meæ indomitæ uror magnis ignibus &c.* Non nego, quòd Lutherus facta sua & omissa sub ra-

tione mali aliquando conſiderârit, ſed addo eũ nõ conſiderâſſe illa ſecundũ effectus morales, quòd falsâ quâdam miſericordiæ divinæ perſuaſione niteretur; at verò qui hoc faciunt, iterum habent conſcientiã cauteriatã. In eo agnoſco ſcintillã alicujus levis candoris in cineribus malitiæ adverſarij mei obſcurè emicanté, quòd concedat Lutherũ angores & pavores conſcientiæ ſenſiſſe, ſed ſtupiditas eſt inſignis, quòd non viderit ejusmodi pavores & angores cum bona conſcientia pugnare; hæc enim in interiori & ſecretiori cordis foro de opere bene facto teſtimonium perhibet, non verò pavores & angores incutit. Paulus optimâ conſcientiâ ornatus 2. Cor. c. 1. v. 12. *gloriatio*, inquit, *noſtra hæc eſt: teſtimonium* videlicet *conſcientiæ*

no-

noſtræ. Conſcienta quoque bona eſt *juge convivium.* Prov. 15. v. 15. Et quos cor non condemnat, *illi non pavores & angores ſentiunt, ſed parræſiam habent loquendi apud Deum.* 1. Joh. 3. v. 21. Atque hinc tranquillitas *& pax conſcientiæ vocatur pax Dei* ad Philip. c. 4. v. 7. quam poſſidentes non pavere & angi debent, ſed gaudere *poſſunt in Domino* ad Phil. 4. v. 1. & 4. Pavores, & angores Lutheri in memoriam mihi revocant illam Tiberij ad ſenatum epiſtolam, quâ recitata Ann. 6. Tacitus addit: *Adeò facinora atque flatitià ſua ipſi quoque in ſupplicium verterant. Neque fruſtra præſtantiſſimus ſapientiæ* (Plato lib. 9. de Rep.) *firmare ſolitus eſt, ſi recludantur Tyranorum mentes, poſſe*

ci laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus (ſtigmatis) ità ſævitiâ, libidine, malis conſultis animus dilaceretur; quæ verba, ut ad hæreſiarchas omnes, ità ad Lutherum facili negotio applicari poſſunt. Res autem ſapientiâ doctorculi noſtri planè digna eſt, quòd ad exculpandos conſcientiæ Lutheri aſſiduos morſus citet v. 16. ex cap. 38. v. 16. Iſaiæ, ubi ægrotus Ezechias graphicè deſcriptô morbô ſuo tandem exclamat: *domine, ſi ſic vivitur, & in talibus vita ſpiritûs mei, corripies me, & vivificabis me*, quæ verba hunc fundunt ſenſum: ſi talis eſt vitæ conditio, ut corripias & caſtiges tam acerbis inflictis doloribus, & tamen conſerves in vita, hæc ſanè amara eſt, peto ergo, ut ſi vita conceditur, minuantur dolores. Ubi

ſtupi-

ſtupidiſſime homo de angoribus & pavoribus conſcientiæ ulla occurrit ſyllaba, etiamſi hic Hebræus textus in ſubſidium vocetur? Multò magis ſcutica conveniet cum tergo tuo, quàm locus S. Auguſt. cum pavoribus & angoribus conſcientiæ piorum. Nam illo loco ſcil. lib. 8. Confeſſ. c. 5. S. Auguſtinus non exponit, quidnam poſt converſionem ſuam ſibi evenerit, ſed quæ ſe à converſione remorata fuerint. Narrat, quod exarſerit ad imitandum Victorinum, qui loquacem ſcholam deſeruerat & Deo vacare cœperat, ſed annectit, quòd voluntas illa imitandi habuerit obſtacula, & accuſat hic ex voluntate perverſa natam libidinem, hinc ortam conſuetudinem & inde fluentem peccandi neceſſitatem. Quid verò hæc ad

conſcientiæ pavores & angores? Ille verò, qui locum Auguſtini ſuggeſſit homuncioni huic, ejus inſcitiam prodere voluit, dum omiſit verba ad ſenſum prorſus neceſſaria, *tenebat me obſtrictum*, nam ad verba, quibus adverſarius, ſententiam Auguſtini finit, ſi ſenſum complere velis, pertinet, ſubjectum, *dura ſervitus* : ità enim ſonat textus Auguſtini *tenebat me obſtrictum dura ſervitus*. Verum hunc, quem dixi, eſſe Auguſtini ſenſum, patet ex ſeqq. S. Auguſt. verbis; *Voluntas autem nova, quæ mihi eſſe cœperat, ut Te gratis colerem, fruique Te vellem Deus ſola certa jucunditas, nondum erat idonea ad ſuperandam priorem vetuſtate roboratam*. Hæc de 5ta ratione dicta ſunto. Jam ad diſſidia Lutheranorum devenien-

niendum. Et hæc etiam de quinta ratione dicta sunto. Ea, quæ subjungis, sive ingenij turbulenti ferociâ seu malitia inserviente voluntati alienæ, tam parum curo, quàm petulantis & improbi canis latratus. Hoc tamen sine circuitione dico, qui atrocitate criminationis ante tot lustra animos amplissimi Senatus Cniphoviani in me tum puerum incitavit, Tros Rutilusve fuerit, mendacissimum fuisse calumniatorem, & scurram Te nequiorem in orbe non vivere, qui contra conscientiam innocentis existimationem criminationibus appetere voluisti. Sed hi sunt ut plurimum mores hominum, qui de doctrinâ evangelica omnium maximè gloriantur, ut clamoribus importunis tumultuentur, tribunitio furore maledictisque ve-

vesanis in quoslibet debachentur, scelerate nequiterque confictis probris innocentissimos onerent. Nicolaum Gerbelium virum optimum *atque integerrimum & humanitate, suavitate morum, doctrinâ, omni genere solidæ laudis excellentem* vocat Joachim: Camerarius in vit. Philippi Melanchthonis p. 378. Etsi verò is *& probitate innocentiâque, ac studiô pietatis commendaretur & laudes hæ in ipso essent decoræ & illustres & prædicarentur ab omnibus;* nihilominus quidam ex cœtu Evangelico in libello Rhetoricorum præceptorum exponens exemplum actionis capitalis, hunc tanquam sacrilegij reum nominatim introduxit & ab accusatore peragi fecit, ùt iterum narrat Camerarius. Impensè verò mihi

mihi gratulor, quòd cum ab anno 1683. usque ad 94. in Academia Regiomontana in oculis omnium vixerim, nè ipse livor quidem & furiosus hic Cerberus cum Phalange Calumniatorum quicquam invenire potuerit in vita planè innocenter acta & moribus honestis, in quod scabiosum hoc pecus ungues defigere potuisset.

Num. 26.

In Rat. sel. p. 72. dixi, cœtum à Lutherô fuisse constitutum prorsùs sibi non cohærentem, qui tamen nomine unicæ, veræ, salvificæ religionis & Ecclesiæ vanissimè superbit. Quàm verè autem scripserim, sectam hanc planè nullis vinculis unitatis cohærere, non tantùm probant confessiones factæ varijs in locis variæ atque inter se pugnantes: Lutheri partes in

totnovas particulas divisæ, ut nemo sit, qui exactè eorum inire possit numerum; dissident hi odio adeò implacabili, ut nunquam inter se coalescere posse videantur. Hodienum quoque ita fœcunda est hæc seges, unoquoque sibi licere credente, quòd alius ante usurpavit, ut indies novæ sectæ pullulent. Et sanè non temerè cum Martino Cromero Lutheranum compellaris: *Non dabis mihi duos tractus, nec scio, an duás civitates in Germania per omnia consentientes inter se de religione & dogmatibus*. Non jam fert meum propositum disquirere, utrum hodie adhuc fiat quotidie, de quo centuriatores alicubi queruntur his verbis: *Magistratus Politici aut etiam eorum ministri censorio quodam supercilio novam Religionis for-*

formam præscribunt & non minùs imperiosè quàm Pontifex Romanus obtrudunt. H. I. Nec sanè debet pro *nihilo duci eorum notatio atque conjectura, qui suspicati fuerunt, quòd illo die, quô Martinus Lutherus mortem obijt, in fastis adscriberetur* Concordiæ nomen, eò *omen tendere, ut concordiam interjisse significari videretur*, prout loquitur Camerar. in vita Melanchth. p. m. 233. Breviùs complexus hoc est Chytræus in Chronic. p. m. 40. (Edit. Rostoch. 1590.) his verbis: *die concordiæ & constantiæ Martinus Lutherus Islebiæ ex hac vita evocatus, & quatriduo post Wittebergæ in templo arci contiguo humatus concordiam & constantiam docentium in Ecclesiis Confessionem ipsius secutis secum abduxit.*

H. J.

H. J. Et sanè postquam Lutherus ex hac vita excessit, res motæ suſceptæque & gestæ sunt graves, *& habentes multiplicem mæstitiam, turbasque eas dederunt, & facinora ediderunt, quibus divina & humana cum pernicie maxima labefactata & conquassata esse constat*, ùt iterum Camerar. p. 231. lib. cit. Quid dicam de immanibus illis turbis, quæ occasione libri, quam ineptissimè formulam concordiæ appellârunt, in Germania emerserunt? Est ille, proh. hominum fidem! Lutheranis symbolicus & norma credendorum, de quo circumferuntur noti illi versus:

In libro vitæ, qui non potuêre notari,
Nomen in hunc librum composuère suum.

Nec

Nec non sequentes:

R habet Ausonium liber hic habet Rque Pelasgum
R habet Hebræum præterea-que nihil.

Id est errores meros. Alibi, nisi fallor, citavi verba Selneceri, quibus feritatem suorum de maximè arduis controversiis disceptantium graphicè describit. Perstinxerunt hæc jubare suo oculos vespertilionis nostri vehementer, & cùm nihil aliud haberet, iterum ad dissidia Corinthiorum relabitur. Non erat quicquam causæ, cur de his Corinthiorum rixis disputationem prolixam instituerem. Nam non accusaveram Lutheranos propterea, quòd in una quadam unius civitatis Ecclesiæ e. g. Lipsiæ, Gedani &c. aliquas discordias alerent, aut errores fo-

ve-

verent, ſed totum cœtum, qui tamen unicè ſibi titulum Eccleſiæ Dei arrogat, quoquo ille diffuſus eſt, infinitis diſtrahi diſcordijs dixi. Nihil autem intererat hic de unius Corinthiacæ Eccleſiæ diſſidijs operoſè agere. Neque enim valet conſequentia: Si in particulari Eccleſia poſſunt eſſe diſſidia de rebus maximi momenti, & tamen propter ejusmodi diſſidia non ſtatim talis Eccleſia deſinit eſſe vera; etiam diſſidia de gravibus controverſijs ſalvâ veritate Eccleſiæ in cœtu, qui ſibi univerſalis Eccleſiæ nomen arrogat, vigere poſſunt. Quòd hæc conſequentia non procedat, diſcere potuiſſes ex Bellarmino lib. 4. c. 2. de notis Eccl. quem ipſe citas. Nam ibi rectè docet, quôd errores, qui certè

implicant diſſidia, poſſint eſſe in Eccleſia particulari, *modò errantes ſint parati ad diſcendam veritatem, & cùm didicerint, ad obediendum*; in Eccleſia autem *univerſali* errores graſſari non poſſunt, neque ibi de fundamentalibus diſſidia foventur. Aliqui homines errores fovent de jure naturæ & inſitis notitiis; at verò totum genus humanum ejusmodi errores occupare non poſſunt. Si dixeris etiam Lutheranam Eccleſiam haberi à Te in numero particularium Eccleſiarum; Reſpondebo inter Corinthiacæ Eccleſiæ alumnos & Lutheri ſequaces hoc intercedere diſcrimen, quòd illi parati fuerint ad corrigendos errores & meliora edocti illis valedixerint: alia verò omnia fieri à Lutheranis triſtis docet experientia.

Nam

Nam hi tenacissimè somnijs suis inhærent & mordicùs pro ijs pugnant, & à se dissidentes beluinô prosequuntur odio. Egregium autem specimen fidei iterum edidisti in citando Bellarmino: Quid erat causæ, cur post hæc verba: *Ecclesiæ Corinthiorum & Gallatarum, ad quas scribebat Apostolus, erant veræ Ecclesiæ*, omitteres hæc: *& tamen ibi non erat aliquando sincera prædicatio verbi, ut ex Apostolo cognosci potest*: nisi quòd apodictico hoc argumento evincitur, veram prædicationem verbi non esse notam Ecclesiæ? Sed non unum hoc tuum crimen est: turpem etiam prodis ignorantiam p. 147. asserens in Ecclesia Corinthiaca fuisse schismata in ipsa administratione Cœnæ Dominicæ; Nam 1. ad Corinth. XI.

v. 20. 21. & 22. non tam agitur de S. Euchariſtia; ſed de agapis, quas ex *mente S. Chryſoſtomi & aliorum*, *præcedebat Euchariſtia*, ex *aliorum* autem *ſequebatur*, quamvis primum mihi videatur veriſimilius. Nam id magis convenit moribus Græorum, apud quos præcedebat convivium, ſequebantur epulæ, ſecus ac apud Judæos eveniebat, ubi, ut & in orienti toto præcedebat convivium, in fine verò ſequebatur panis & vini diſtributio, qua de re Caſſander & Cardinal. Bona in Liturgicis conſulendi ſunt. Reprehendit E. S. Apoſtolus Corinhios in eo, quod in agapis divites primum inter ſe diverſis *menſis epularentur*, & deinde reliquias ſuas darent pauperibus, quô ipſe egenis exprobrabatur paupertas, cum ta-

men convivium illud omnes æquare deberet, & domi aliàs licitum esset, quantum & quibuscunque placeret epulari. Impudenter p. 148. sophisticatur Mimologus, dum simpliciter ait Bellarminum docere, etiam *dissidia circa res definitas falsitatem Ecclesiæ non evincere*, id enim quàm falsum sit, patet ex immediatè subsequ. Cardinalis verbis: *formal* enim statim Bellarm. objectionem his verbis: *quomodo erant istæ veræ Ecclesiæ, cùm hæresin docerent?* & pulcherrimè eandem solvit. Tantus autem hujus hominis stupor est, ut in deblateratione illa de schismate Corinthiorum sese miserè intricet. Nam dissidia illa aut arguunt *falsitatem* Ecclesiæ Corinthiacæ, aut non? si arguunt falsitatem Ecclesiæ, quomodo ad excu-

cuſanda Schiſmata Lutheranorum adduci poſſunt? Si verò non arguunt? quomodo p. 147. ſcribere potuiſti, in Eccleſia Corinthiaca fuiſſe *peſſimos hæreticos*, *qui trabalem fovebant errorem negantes atque impugnantes fundamentalem fidei articulum de reſurrectione mortuorum?* Elige quodcunque placuerit, & hærebis ſicuti pulex inter arctè compreſſos robuſti digitos, elegiſti verò pro ſtupore tuo utrumque, prius quidem p. 166. defendis expreſsè ſcribens, quòd quadantenùs fidem tetigerit ſchiſma, poſterius verò p. 147. Mea verba, quæ adducis p. 146. niſi peponem pro cerebro geſſiſſes, potuiſſent Tibi ad veritates aliquas cognoſcendas facē præferre. Quòd ſi enim S. Clementis epiſtolam verè apoſtolicam invocato divino Nu-

mine ſtudiosè evoluiſſes, cognoſcere indubiè potuiſſes, in quàm periculoſo ſtatu vivant Aſſeclæ Lutheri. Nam vir Apoſtolicus in illa aurea Epiſtola retundit audaciam ſpiritualium, ſeu eorum, *qui divino quidem afflatu agebantur*, ſed ſeditionem in Presbyteros moverant & eos loco ſuo dejecerant, ſibique ſacerdotalia munera arrogarant. Colligere autem hoc modo potuiſſes: ſi illorum cauſa minùs juſta fuit, qui titulo donorum ſpiritualium ſapientiæ, fidei, cognitionis, zeli, diſcretionis ſermonum quæ etiam verè in illis erant, contra ordinarium miniſterium inſurrexerant, aut in illorum officia ſeſe ingeſſerant; multò minùs cauſa Lutheri & ſequacium, qui quidem & fidei & ſcientiæ & zeli prætex-

tu &c. Contra Presbyteros & Episcopos turbas moverunt,(etiamsi optimo jure dubitari possit, an his donis unquam fuerint ornati?) æqua erit censenda. Atqui verũ est prius, sicut patet ex epistol. S. Clement. præprimis etiam ex zelo Judæorum de Sacerdotio, quem proponit in exemplum. E. Deum itáque precor, cùm hactenus Tibi S. Clement: epistola nunquam visa, multò minùs lecta fuerit, ut eum Tibi inspiret animum, ut eam legas attentè & decies relegas, & uberrimum fructum ex lectione hac reportes.

Num. 27.

Cæterùm admodùm stultè p. 146. nobis objicis schismata ex Stapletono; si enim unquã inspexisses doctissimum hunc Anglum, didicisses *regiminis*, *non autem reli-*

gionis hæc fuisse schismata. Stapletonum nunquam à Te fuisse inspectum abunde fidem fecisti (1) eò, dum Stapletonus 25. schismata ratione regiminis numerat, tu autem tantùm 20. ex eo objicis. (2) malè allegando, nam non p. 148. scribit, sed p. 546. & seqq. de schismatibus Roman. Pontificum doctissimè disputat. (3) quia titulum præstantissimi operis pessimè corrumpis citando lib. 13. doctrin. prim. integer autem titulus ità habet: *Principiorum fidei doctrinalium demonstratio methodica.* Igitur hic cum S. Augustin. ex lib. 3. contr. Julian. arbitror, *quod etsi tua frons, quia hæretici est, hôc locô non erubescit, tamen ipsum libri tui atramentum erubescendo convertatur in minium.* Rectè utique inculcavi, quòd inter Catholicos contro-

ver-

versiæ de rebus non definitis & quæstionibus scholasticis agitentur. Nec me hujus asserti pœnitet. Nam evidens est, quòd omnes, quotquot sunt scholæ e. g. S. Thomæ, Scoti, Durandi, Capreoli &c. eandem prorsùs fidei & morum doctrinam profiteantur. Fiat periculum, exigatur fidei professio, eandem omnes, quotquot ubique sunt Catholici, paratissimo edent animô: sed de quibusdam philosophicis & Theologicis scholasticè disputant, & interdum cum aliqua etiam vehementia; ità tamen, ut nullo modo Sacramentorum communio tollatur: Dominicanus veneranda mysteria celebrabit apud Franciscanos, & hi apud alios à se dissidentes. Interrogetur etiam acerrimus adversæ sententiæ propagator, annon, si ab Ec-

clesia universali opposita sententia approbaretur, hujus judicio acquiescere animus ei sit, & elucescit statim, quâ reverentiâ judicio Ecclesiæ sese subjicere sit paratus. Hoc ipso Catholici discernimur à sectis philosophorum Gentilium & hæreticorum omnium; ubi etsi *aliqua vera dicantur, eâdem & falsa prorsùs licentiâ dicuntur, ut non frustra mysticum vocabulum Babylonis accipiant, Babylon quippe interpretatur confusio, nec interest Diaboli Regis ejus, quòd contrarijs inter se rixentur erroribus, quos merito multæ variæque impietatis pariter possidet*, ut paucis mutatis cum S. August. loquamur ex lib. 18. de civit. Dei cap. 41. Quantum firum sit in quæstionibus scholasticis momentum, nunquam determinavi, & propterea

rea ex judicio meo de pondere ſcholaſticarum controverſiarum colligi minimè potuit,an,quod hic Thraſo p. 149. affirmat, in lectione ſcholaſticorum hoſpes ſim? Qui verò ibid. legit verba hujus Stentoris aut Copreæ aut Mimi Ethologi, quibus profitetur, *ſe conſiderare atque digerere velle jurgia ex ſcholaſticis, quia non cuivis licet adire Corinthum*, næ is juraret hominem hunc in numerato habere ea omnia, quæ in ſcholis diſputantur, & in lectione ſcholaſticorũ longè eſſe verſatiſſimum, imò ità ſententijs eorum ejus diſtentum eſſe cerebrum, ut periculum ſit, nè illud perfringat cranium. At quòd nullum ſibi hinc periculum immineat, optimè conſcius eſt; nec ignorat vacuum, quòd aliàs naturæ horret, in ejus cerebro

non frustra quæri. Tam certum est quàm solem in meridie, cùm sudum est, lucere, ab hoc juvenculo scholasticos plures nunquam visos, paucissimos vix nomine cognitos, lectum autem prorsus nullum. Quæ hic consarcinat, adeò protrita sunt, & nisi fallor, ab Hülsemanno, Dorscheô, Meisnero, Cundisio alijsque dudum allata, & vicissim à Catholicis discussa sunt. Sanè nec robustus ventribulus crambem toties recoctam sinè nausea ferre potest. Si sapis, consule Gabriel. Vasquet in 1. Tom. 1. quæst. 1. Disput. 3. de utilitate Theologiæ scholast. & credo Tuæ Te pudebit stultitiæ. Cæterùm etsi omnia illa, quæ corrasisti, essent verissima, meminisse debebas dicti Gregor. de Valent. *Vitia quorundam Theologorum* scholastico-

ſticorum *non defendimus.* Quàm ſeverè taxaverit ejusmodi ineptas diſputationes Sotus, apparet ex ijs, quæ habet in 4. ſentent. diſtinct. 6. quæſt. 3. Ego ſanè cum omnibus Catholicis mea facere poſſum verba Melchior. Can. ex lib. 8. locor. Theologic. cap. 1. p. 247. tametſi propter errata quædam & inutiles tricas non ſtatim Doctores Scholaſticos damnem, qui in ipſa Apolog. Auguſtan. Confeſſ. artic. *de juſtificatione, magni & ingenioſi homines appellantur.* Ego certè non ſinè delectatione S. Thomæ ſummam ſtudiosè evolvi & eximium viſus ſum mihi referre fructum ex lectione Controverſ. Theolog. inter S. Thomam & Scotum acutiſſimi Joann. de Rado. in quibus, quid latrinam redoleat, vix Chamierus inveniet. Sed

non nego interim in alijs ſtudijs majorem à me operam fuiſſe poſitam. Inſpiciamus tamen breviter jurgia à Te allata exorſi à ſcientiâ mediâ. Præter ſcientiam, quæ in ſcholis dicitur *ſcientia viſionis* & *ſimplicis intelligentiæ* Theologi Societ. J. inducti locis ſcripturæ 1. Reg. 23. v. 11. 12. 3. Reg. 11. v. 2. & verbis Chriſti Math. XI. v. 21. doctrinæ & claritatis gratiâ conſtituerunt tertium gradum ſcientiæ, quæ neque omnino convenit cum ſcientia viſionis, neque ſimplicis intelligentiæ, ſed de utraque participat, eandémque appellârunt mediam. An verò aſſertio, quòd Deo conveniat ſcientia, quâ certò præcognoſcat contingentia futura ſub aliqua conditione, id eſt, verbô, *media*, concernat *fundamentum*

ad

ad decernendum, quid sentiendum sit de præcipuis quæstionibus Theologicis, ſicuti Caſparus quidã aſſerit, viderint alij, ego cum Vaſquez credam eſſe diſſenſionem vocum, non rerum, nec multùm referre, ſiqui hac in re variè loquuntur Tom. 1. diſp. 67. ſub finem. Præfinitionum autem Thomiſticarum doctrina ſi adeò abſurda eſt Tibi, quomodo Lutherum & Melanchthonem ab hac impietate vindicabis? Hic enim ſatis diſertè commentar. in 8. cap. epiſtol. ad Roman. *non minùs Judæ proditionem, quàm Pauli converſionem Dei opus eſſe* aſſeruit. Et in locis communibus, quos Lutherus in lib. de ſerv: arbitrio *non ſolùm immortalitate, ſed Canone quoque Eccleſiaſtico* dignos judicavit, contingentiam planè tollit. Et ipſe Lutherus

in lib. de serv. arbitr. Tom. 2. edit. primæ Witteb. p. 497. Si, inquit, *præscivit Deus Iudam fore proditorem, necessariò fiebat Judas proditor, nec erat in manu Judæ aut ullius creaturæ aliter facere, aut voluntatem mutare.* Quem in sensum passim Martinus loquitur. Si qui in SS. Trinitate hierarchiam statuerunt, abusi omnino sunt hoc vocabulo, & vix ullus hodie hujus sententiæ defensor invenietur. Thearchiæ mentionem invenio in cap. 1. lib. *de divinis Nominibus* Dionysij Areopagitæ. Monarchiã etiam Dei Græci Patres frequentissimè commemorant. Si qui autem voce Hierarchiæ in SS. Trinit. abusi sunt, illud solummodò exprimere voluerunt, quòd Pater sit *Radix, Fons Filij & Spiritûs S.* t usæpe loquuntur Græci e. g. Basilius

filius Tom. 1. hom. 27. contr. Sabellian. p. 606. Cyrill. Alexandr. Dialog. 3. p. 475. & p. 501. nec non lib 2. in Joh. p. 228. inter Latinos Ambros. lib. x. in Lucam. Imò Ruffin: in Symbolum Patrem *Filij caput* vocare ausus est. Hilarius non Pictaviensis, sed alius, in carmine ad Leon. Papam Patrem alloquitur: *Tu capitis caput & primi Tu fontis origo &c.* Nemo tamen ex Sanctis his Viris æqualitatem personarum in mysterio Trinit. in dubium vocavit. Profanam loquendi rationem G. Biel neutiquam nos probamus; at si hoc, ùt videtur; tantùm barbaro loquendi modo vóluit, Christum secundam Deitatis personam etiam alias præter hominem creaturas intra hypothasin suscipere potuisse, non adeò absurdè sentit, quamvis

disp-

disputatio illa utilitate careat. Sententiam Scoti de virtute meriti Christi, quam quidem meam non facio, prorsus non intellexisti, si autem intelligere cupis, adi quæso Joan. de Rada part. 3. Contror. p. m. 377. usque ad p 486. nec laboris, ùt spero, Te pœnitebit. Multos ex Scholasticis statuere *hominem habere ex viribus naturæ dispositiones ad justificationem* impudens est mendacium. Nominentur illi, adducatur vel unus ex modernis & Phyllida solus habebis. Omnium Catholicorum sententia est, anathema esse, *qui dixerit hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiunt, absque divinâ per JEsum Christum gratiâ posse justificari coram DEO.* Sed ùt Antagonista meus est homo ex dolo

&

& mendacio compositus, ità prorsus ferreæ est frontis, dum recensitis his obsoletis, en *Tibi*, inquit, *quasdam controversias, quæ inter scholasticos agitantur*; quasi vel hodie adhuc de hierarchia in Trinitate, de naturali ad justificationem dispositione, & nugatoriæ illæ rixæ Bielis in omnibus resonarent scholis. Mislentæ aliorúmque vestrorum futiles controversiæ alibi exponuntur.

Num. 28.

Unitatem esse Ecclesiæ notam verè dixi p. 56. in discuss. & Servator optimus ipse non obscurè indicat Joann. c. 17. orans Patrem; ut *credituri* unum sint, NB *ut credat mundus, quod Pater miserit Filium.* Ecce unitas & concordia Christianorum proponitur tanquam character, nota & signũ, unde

unde mundus cognoſcere poſſit Eccleſiæ doctrinam, quæ homines ità inſtituit, cœlitùs eſſe demiſſam. Unitatem charitatis etiam expreſſè notam ſuorum eſſe declarat Chriſtus Joan. c. 13. v. 35. Et hâc cum primis nota inſignis fuit primorum temporum Eccleſia, cùm eſſet *credentium cor unum & anima una*. Act. 4. v. 32 Tertull. in apologetic. *Ejuſmodi*, inquit, *maximæ dilectionis operatio nobis notam inurit apud quoſdam &c.* Antequam verò hiſtrio noſter theatro hoc exiret, pueris ſe deridendum dare voluit garriens: Aliud *rei affectionem eſſe, aliud verò notam, unitatem eſſe affectionem Eccleſiæ, non antem notam*. Jam enim dictum in ſuperioribus, hominem prorſus ignorare, quid nota ſit ſeu ſignum: hoc enim ſi unquam di-

didicisset, quî ignoraret, quod vel bubulci omnes sciunt, nimirum balatum ovium, boatum boum esse & signa & proprietates seu affectiones? Ex risu, credo, colliges adesse hominem, sicut equisones ex hinnitu de præsentia equi judicant. Sed Polyphemus hic ignorat ea, quæ imæ plebis hominibus cognita sunt. At unitatem Ecclesiæ notam esse non posse exinde conficit, quia & cœtui malignantium & Deo servientium competat. Hoc grunnire est, non disputare. Non quælibet unitas est nota Ecclesiæ, sed unitas fidei, charitatis, Sacramentorum & obedientiæ est nota illa, quâ vera Ecclesia à Diabolicis Synagogis discernitur. Hanc unitatem charitatis nec in regno Satanico, nec in alijs malignantium cœtibus repe-

perias. Planè hùc non facit locus ex Math. c. 12. ubi Christus convellit hypothesin Pharisæorum, quæ vult Dæmones vi aliorum Dæmonum coactos aliqua facere & semet mutuò expellere &c. Id autem non fieri, nec Satanam adversùs se divisum esse, ità ut alterum alter cogat, Servator inculcat. Pulchra autem est collectio: in regno Satanico non est illa divisio inter Dæmones, ut alter alterum cogat aliqua facere; ergo ea ibi obtinet unitas, quæ viget in Ecclesia Dei, & propterea unitas non est nota Ecclesiæ. Vera esse, quæ dixi, apparet ex consuetudine antiqua incantatorum. Hi ubi tentandô nihil proficiebant, postremo adversus Dæmones utebantur vi ac potestate Principis Dæmonum, cujus etiam arcanum nomen se enun-

enunciaturos esse minabantur. Fuisse hæc cœcarum mentium ludibria non solùm patet ex illis, quæ Erichto apud Lucanum fundit, sed præprimis Tiresias apud Papinium hoc extra dubium ponit. Ità verò ille: *spernite ne, moneo & nobis sævire potestas. Scimus enim & quicquid dici noscique timetis & turbare Hecatenni Te Thymbræe vererer, & triplicis mundi summum, quem scire nefastum est, illum sed taceo.* Aliæ minarum formulæ occurrunt apud Jamblich. sect. 6. c. 5. de *disrumpendis cœlis*, de *divulgatione occultorum* Isidis, *de propalatione reconditorum in Abydo &c.* Quæ p. m. 147. edit. Oxon. Thom. Galle leguntur. Ægyptios ad has minas aliquando devenisse cap. 7. p. 149. commemorat. Occurrit

etiam

etiam earum mentio apud Theodoretum aliosque SS. Patres, mendacium est, quòd subditi Anti-Christi sponte sint conventuri quoad assumptionem characteris (sive nomen Anti-Christi, sive imago ejus, sive figura aliqua Draconem referens: sive literæ Chi & Ro sese inter secantes ille character fuerit) sed vi ad characterem assumendum homines compulsum iri inspectio textus docet. Sed de his omnibus consuli meretur Thomas Malvenda in opere de Anti-Christo. Neque, etiamsi sponte quondam subditi Anti-Christi convenirent in hoc, ut certum characterem gestarent, sequeretur, eos ejusmodi fovere unitatem quam Ecclesiæ notam profitemur. Unitatem non esse ab Ecclesia separabilem certum est, sed minimè

omnium

omnium unitas ea requiritur, ut in nullis planè sententijs aut ritibus varietur, & tametsi omnino essent de minùs substantialibus in veteri Ecclesia dissensiones, semper tamen veteres Doctores de unitate gloriati sunt & divisiones tanquam notas hæreseos hæreticis exprobrârunt. S. Irenæus, cùm varias Valentinianorum dissensiones exposuisset, & pugnantes sententias enumerâsset: *semetipsos*, ait, lib. 4 c. 69 *quales sint, arguunt de ijsdem verbis non consentientes. Nos autem unum & solum verum Deum Doctorem sequentes, & regulam veritatis habentes ejus sermones, de ijsdem semper eadem dicimus*. Rursùs de Valentinianis & Marcionitis lib. de *præscript*. Tertullian. ità scribit: *Mentior, si non à regulis suis varient inter se, dum*

unus

unusquisque proinde suo arbitrio modulatur, quæ accepit, quemadmodum de arbitrio ea composuit, qui tradidit. Idem licuit Valentinianis, quod Valentino, idem Marcionitis, quod Marcioni de arbitrio suo fidem innovare. Denique penitus inspectæ omnes hæreses in multis cum auctoribus suis dissentientes deprehenduntur. H. J. De veritate rei nemo in historia sectarũ exercitatus dubitare potest. Et nil quicquam noster de unitate Regni Diabolici & Anti-Christiani deblaterâsset, nisi in omni historia esset planè hospes. Ità vides lector optime, quàm arundineis & puerilibus armis meam discussionem adortus sit Luscus ille? Duro nodo durus fuit quærendus cuneus Cùm ille inaudita maledicentia in Ecclesiam Christi, ejús-

ejúfque fummos Paftores, quoslibet Ordines, Theologos & in famam meam graffatus fit, non erat, cur multis genuflexionibus aut fubmiffis verbis injurias illatas depellerem. Cæterùm fcire meum adverfarium & Calumniatorem velim, me in felicitatis meæ non poftrema parte ponere, quòd & à civili confortio Scholæ Pefarovianæ tam longè remotus fim, totô autem cohærefcere corpore, quando de Cathera ejus, quæ certè eft *Cathedra peftilentiæ & irriforum*, cogito, eúmque beatum judicio, qui in illa non fedet. Memorem illum etiam effe volo fapientis illius dicti Forbefiani: *Lege plura, fcribe pauciora*. Tam parum in Philofophia, Theologia, Hiftoria, & omni elegantiore eruditione ver-

satus est, sicut occasione datâ patefeci, ut nisi per totam vitam cæcutire velit, necessariò ab ovo, quod ajunt, studia inchoanda sint. Ex meis etiam discipulis quidam illi non contemnendo erunt subsidio. Postremò non possum non narrare illi æsopicam apud Aristophanem fabulam:

Æsopus à cœna redibat vesperi
Hunc allatrabat improba & petulans canis,
at ille ad hanc conversus: ô canis, canis hac si repressâ, ait, linguâ tuâ malâ
panes coemeres, cor tibi esse crederem.

Digressionem de schismate in tract. de schismate à nugacibus hominis vani objectiunculis vindicabimus; nunc etiamsi intrà aliquot horas deliria ejus retundi possent, nobis illud facere non est integrum, quia irrationalis auctoris Papatus suo reddendus est possessori. Paucis ante Festum Nativitatis Christi diebus casu sche-

ſchedulæ hæ in amici ædibus inventæ ſunt. Nam diligentiſſimè id agebatur Wratislaviæ, nè in meas incideret manus ſacerrimus tractatus, ſive enim quoſdam illarum ineptiarum puderet, ſive inimici imperitiores hâc ratione ad menſes aliquot triumphum de me agi poſſe crederent, ſive prudentes metuerent, Mercatoribus librarijs pœnam & chartis his certam impendere infamiam, nullo ære eum in Officinis coemere, aut precibus ullis à Lutheranis impetrare potui. Inventus tandem fortuito ille tractatus ad lectionem mihi per quatuor dierum ſpatium datus eſt; hi vix præterlapſi erant, ubi, quod promiſeram, ille reddendus fuit. Excerpſi tum inter concatenatos labores, quibus ſæpe ferè obruor, aliqua, reſponſionem in chartam conjeci, iterúmque feriandum in labore hoc apologetico erat, donec iterum nuper ad quinque dierum uſum ab aliquo Lutherano impetrarem. Inquirenti in cauſam, cur viliſſimus libellus, quem nè titivillitio emerem, ne-

garetur, cui aliàs integræ Lutheranorum Bibliothecæ patent, id datum est responsi, id propterea fieri, quòd ejus generis sit scriptum, quòd contra mandatum S. Cæsareæ Majestat: in Silesiam omine non deatro esset illatum. Ubi effluxerant quinque illi dies, iterum ex promisso restituere tenebar. Intrà hoc adeò breve tempus laboribus alijs fessus hanc responsionem elucubravi, & statim non expolitam edendam censui, ut moderatiùs à Pesaroviana colluvie triumphus ageretur ante victoriam. Obiter autem breve specimen notarum ejus in digressione de schismate tribus exhibeo verbis. Argumentum ex intimâ natura Societatis in digress: p. 62. petitum, adeoque apodicticum vocat Rhetorum delitias p. 156. & p. 159. me non in omnibus cum Romana Ecclesia facere clamat, quòd Eucharistiam vocem Sacramentum cœnæ, cùm tamen Stapleton. in Orat: *utram in horum temporum hæreticis sit ulla religio, bis in paucis lineis Euchari-*

stiam

ſtiam vocet Cœnam dominicam. Et in verbis meis, quæ citat, Sacramentum cœnæ non eſt prædicatum ſed ſubjectum, adeóque ſophiſticè verba mea depravat. Unitatem capitis in Eccleſia ex dicto Chriſti, *Tu es Petrus*, non meis, ſed Doctiſſimi Angli hodie adhuc ſuperſtitis rationibus probavi, has homo futilis ſuſpenſo excipit naſo, dignus, qui ab omnibus, quibus viri eruditio nota eſt, theatris totis explodatur, etiamſi ille extra communionem Eccleſiæ Catholicæ vivat. Maniâ autem correptum fuiſſe neceſſe eſt, cum ea, quæ p. 163. leguntur evomeret. Ecce ſpecimen: ex Patribus Primatus Papæ demonſtrari nequit, quia Pontifex non habet ullos in Eccleſia Patres ſed omnes filios juxta Bellarmin. lib. 2. de Romano Pontifice c. 27. An ſtultius quicquam aut putidius etiàm Maniaco excidere poterat? S. Cyprianus juxta ſomnia adverſarij non agnoſcit ſuperioritatem Papæ, quia ægrè tulit Epiſcopum Hiſpanum ab officiô deturba-

 tum

rum ad Romanum Epiſcopum inſtituere appellationem, O bellè! An ſuperioritatem Papæ negant, qui à judicijs Synodorum frivolas provocationes ad Pontificem Romanum non æquè probant? Gallicanus Clerus Papæ primatum jure divinô niti unó ore affirmat, notum tamen ſatis eſt, quid de appellationibus illis ſenitat. Uberrimè tractata eſt controverſia illa à Petro de Marca in lib. de concord. Sacerdot. & imperij, Launojo, ab Anonymo aliquo, in libro de antiquis & majotibus Epiſcoporum cauſis, Paſchaſio Quenellio in diſſertat: ad Leon: Magnum, Gerbaſio & nuper adhuc à Chriſtianô Lupo, qui ſententiam Gallicanæ Eccleſiæ oppoſitam operosè in lib. *adverſus prophanas vocum novitates & adverſus quosdam temporum novatores* defendit. Schiſma & hæreſin in unô eôdémque ſubjecto conjungi poſſe p. 87. diſſertiſſimis verbis inculcaveram & citaram etiam verba S. Hieronym: *nullum eſſe ſchiſma, quod non ſibi aliquam hære-*

ſin

ſin confingat; Nihilominùs aliqua de erroribus Shiſmaticorum deblaterat. p. 167. & ſeq. Nugator. Terimnum à quo Lutherus & Aſſeclæ ejus ſeparationem inſtituerint in hiſtoria ſchiſmatis Lutherani, figam, & à verâ Chriſti Eccleſia, quæ Lutheri tempore in orbe erat, cœtum Lutheranû diſceſſiſſe clariſſimè, Deô adjuvante, demonſtrabo, ubi etiam tuæ nugæ accuratè diſcutientur. Quæ p. 175. & ſeq. adducis, ſatis, credo, oſtendunt, quantos impenderim labores, ut quinam ſchiſmatis moderni ſint auctores liquidò perſpicerem. Dies diem docuit. Mutatio ſanè ſententiæ non ſtatim habenda perfidia. Non diſcedit à veritate, qui non perſeverat in aliquâ ſententia, quam adhibitô multô ſtudio & labore falſam eſſe cognoſcit. Nunquam in aliâ re magis me deſudâſſe fateor, quam ut cognoſcerem, an hæc vel illa ſententia olim à me defenſa cum veritate congrueret, nec moratus, quod ſapientulis quibusdam hâc ratione futurus eſſem levis & inconſtans. Et nulla

nulla unquam cura ab adolescentia mea me minùs exercuit, quam ut calceus meus ad Lutheranorum pedis distortissimum pravissimumque exemplum quadraret, secundum quod ea calceamenta video suta in quibus Pes: & ejus complices, qui illa induerunt gradientes claudicant & miserè ac deformiter oberrant eâ viâ, quæ ducit ad æternum exitium.

FINIS.



